ꝙ linea est ⁊ alba. castitatis cando
rem mūdiciāꝙ significat.Unde hoc
ornamentum multum capiti neces
sariū erat.in quo quinꝙ sensus cor
poris uigent. quibus corruptis faci
le castitas uiolatur. ¶ Sunt etiam
nōnulli dicentes ꝙ mitra pōtificis
spineam coronā significat.⁊ inde est
ꝙ diaconus in officio misse in quo
pontifex christū in passione figurat
mitrā illi imponit ⁊ deponit. quia
ipse ex officio suo habet euangeliū
legere.in quo xp̄us spinis legitur co
ronatus. Duo cornua sunt duo cari
tatis ꝓcepta. pōtifex igitur mitram

accipit intelligēs ꝙ quinꝙ sensus a
mundi illecebris custodire debꝫ. ut
duorum testamentorū precepta ser
uet.⁊ duo caritatis precepta ipleat
⁊ coronā mereat̄ percipere eternā.
¶ Ceteri uero sacerdotes et clerici
generaliter caput cōtegunt nullo or
namēto. licꝫ in festis sint ī toto alio
corpore subornati. tum qꝛ non duꝫ
est plenum gaudium nostrum. gau
demus enī non in re presentiū.sed
in spe futurorū. tum quia ad hoc tē
dimus ut deum nuda facie contem
plemur. ¶ Sane mitra aurifrisiata
utendum est a pascha usꝙ ad aduē
tum. ⁊ a natiuitate domini usꝙ ad
septuagesimā in omnibus festis du
plicibus ⁊ nouē lectionū totius an
ni.nisi in festo innocentū. prout di
cet̄ sub ti.de coloribus.⁊ in domini
cis predictorū temporū. ⁊ genera
liter quandocūꝙ gloria in excelsis
⁊ te deū laudamus dicūtur. ¶ Cū
enī illa dicātur in festiuis diebus in
quibus uirtutē ⁊ gaudium generale
uel spetiale capitis uel mēbrorū ad
memoriā reducimus. ut dicet̄ in ꝓ
hemio septime ꝑtis. merito tūc mi
tra aurofrisiata utimur. qꝛ aurum ⁊
gēmarū nitor gaudiū representāt.
In diebus uero ieiuniorū non ē ea
utendū ut seq̄tur. qꝛ cū dies illi or
dinati sint ad delenda peccata que
sunt tūc ad memoriā reducēda.nō
sūt tūc agenda uel ferēda que gaudi
um.sed q̄ potius humilitatē ⁊ affli
ctionē designāt. ¶ In alijs uero tē
poribus generaliter non aurofrisia
ta sed simplici utendum est. uideli
cet ab aduentu usꝙ ad natiuitatem
nisi q̇s dn̄s papa utit̄ aurofrisiata
in dn̄ica gaudete ⁊ a septuagesima
usꝙ ad pascha.⁊ i dn̄ica letare irl̄m.
ꝓut dicet̄ sub ti. de colorib᷒.⁊ etiā
in quīta feria cene dn̄i ī officio mis
se tm̄.⁊ in sabbato scō in officō mis
se. ¶ Itē in festis trium lectionum

illius temporis ꝛ in omnibus uigilijs
in quibus ieiunium celebratur. ꝛ in
quatuor temporibus. ꝛ in rogatõib⁹
dominus tamē papa utitur in festo
sancti marci in missa tantum. Item
in officio defunctorum. ¶ Illud
quoq; notandū est. ꝙ romanus pō
tifex in signū imperij utit̃ regno. id
est corona imperiali. ꝛ in signū pōti
ficij utitur ꝛ ubiq;. regno uero non
semper nec ubiq;. q2 pontificis auc
toritas ꝛ prior est ꝛ dignior. ꝛ diffu
sior est ꝙ imperialis potestas. ¶ Sa
cerdotiū enim in populo dei regnū
precessit. cum Aaron primus ponti
fex Saulem primū regez precesserit
ꝛ noe nembrot. q2 sicut legitur pri
mū regnū nembrot extitit babiloniſ
p. di. 9. bis ita. Noe uero edificauit
altare dño. ꝛ holocausta obtulit su
per illud. Regno quidē non utit̃ ni
si certis diebus ꝛ locis. nunq; intra
ecclesiaz sed extra. ¶ Porro rōn qō
capiti. id ē christo cōuenit mitra pō
tificis. illud significat qō ꝓpheta lo
quēs de filio dicit ad patrē. Gloria
ꝛ honore co. eū. do. ꝛ cōsti. ꝛc. hoc ē
itaq; nomen quod est sup omne no
men. ut in nomie ihesu oē genu flec
tatur celestiū terrestriū. ꝛc. Nam ꝛ in
aurea lamina frōtis pontificalis scul
ptū erat nomen dñi tetragramaton
cuius misteriū declarauimus in ti.
de indumētis. ¶ Per mitram ergo
capitis christi sūmam illam glorifi
centiā intelligimus. q̄ ꝓpter diuini
tatez debet̃ humanitati. nam ꝓpter
pedem adorat̃ scabellū. Adorate in
quit scabellū pedū eius. qm̄ sanctū
est. Et nota ꝙ sicut ait zacharias pa
pa. ꝛ de cōse. di. i. nullus. epus ad al
tare oraturus accedēs. seu altario as
sistens. uel orōnes ad deuz effundēs
mitram deponit ꝛ baculū. q2 aplus
ꝓhibet uiros capite uelato in eccl̃ia
orare. ut reuelata facie gloriaz domi
cōtemplent̃. qn̄ uero ad populuz se

cōuertit ut illi predicet. insignia cō
minatiōis sue resumit. Unde ꝛ moy
ses causaz populi apud deū precib⁹
causam uero dei ad populū gladijs
allegabat. xlv. di. disciplina. ad si.
Ultimo nota ꝙ quidā episcopi solē
niter bñdicunt in missa ꝛ altare thu
rificāt deposita mitra. alij uero cuz
mitra in capite. primi ea rōne mo
uent̃. q2 solēniter benedicēdo uice
dei funguntur. ꝛ deus p eoꝝ misteriū
benedicit. Numeri. vj. in fi. ubi dici
tur. Inuocabunt nomen meū sup fili
os israhel. ꝛ ego benedicaz eis. Alta
ris uero thurificatio significat orati
ones. apoc. viij. Ascēdit fumus incē
soꝝ de orōnibus sanctoruz. q2 ergo
in orōnibus causam plebis ad deuz
agit. ideo cū reuerentia mitra uideli
cet deposita illud agere debz. ¶ Se
cūdi uero attendūt ꝙ benedictio ꝛ
thurificatio nō sunt essentialia ad cō
secrationez corporis xpi. sed ad solē
nitatez ptinēt. ꝛ iō ea cū mitra agut
ut p hoc a simplicibus sacerdotib⁹
discernātur. quāuis enim plus hēat
episcopus ꝙ simplex sacerdos i h s
que ad solēnitatez ptinēt. ut in orna
mētis ꝛ alijs. non tñ in his q̄ ad cōse
cratiōnē xpiam spectant. sed hec rō
minus sufficiens uidet̃. quoniaz rōn
hoc mitra in missa deponeret̃. nisi
quādo uerba ad quoꝝ ꝓlationē sit
speterius trāsubstātiatio ꝓferutur.

¶ De Annulo.

Annulus ē fidei sacramētuꝫ
quo xpus spōsam suaz san
ctā ecclīam subarrauit. ut
ipsa de se dicere ualeat. Annulo suo
subarrauit me dñs meus ihesus xps
cui⁹ custodes ꝛ pedagogi sūt ep̄i. et
ꝓlati annulo ꝓ signo i testimonium
hui⁹ rei ferētes. de qbus sposa dicit
i canti. Inuenerūt me uigiles q custo
diūt ciuitatez. hūc annulū dedit pr̄

filio reuertenti. secundū illud euan
gelij. Date annulū in manu eius. ex
quo euangelij annuli usus creditur
acceptus. Annulus ergo pontificis
integritatē significat fidei. ut uide
licet ecclesiam dei sponsam sibi cre
ditam sic ut se diligat ⁊ sobriam et
castam celesti sponso custodiat. Iux
tā illud. Despondi enī uos uni uiro
uir. ca. ex christo ⁊ se meminerit nō
dominū sed pastorem. vj. q. i. sicut
alterius. de hoc sponso ⁊ sponsa Io.
euangelista dicit. Qui habz sponsā
sponsus est. amicus aūt sponsi qui
stat ⁊ audit cū gaudio gaudet ꝓp
ter uocem sponsi. epus ergo uicari⁹
⁊ amicus est sponsi ꝙ si uicari⁹ est
ipse quodammodo sponsus est.

¶ Rursus antiqui litteras ānulo si
gillabant. Unde epus annulum por
tat quoniam scripture misteria ⁊ ec
clesie sacramenta perfidis sigillare ⁊
hūilibus reuelare dz. ¶ porro ſm
ꝙ capiti scilicet christo cōuenit an
nulus digiti donum significat san
cti spiritus. Digitus enim articulās
atqꝫ distinctus spiritum sanctum in
sinuat. secundum illud. digitus dei
est hic. ⁊ alibi. si ego in digito dei ei
cio demonia filij uestri in quo eici
unt. ¶ Annulus autem aureus ⁊ ro
tundus perfectionem donorū eius
significat quā sine mensura christ⁹
accepit. quoniam in eo plenitudo
diuinitatis corporaliter habitat. nā
q̊ desursum uenit sup omnes est. cui
deus non dedit spūm ad mensurā
dicens sup quem uideris spūm san
ctum descendentē ⁊ manentem su
per eum hic qui baptizat. nam reque
scet super eum spiritus sapientie et
intellectus. Ipse uero de plenitudi
ne sua secundū differentes donatōes
distribuit. alij ſm apl'm dans ſmo
nem sententie. alij gratiam sanitatū
alij opatōz uirtutū ⁊c. qđ ⁊ uisibilis
pōtifex imitat'. alios i eccl'ia cōstitu
ens sacerdotes. alios diaconos alios
subdiaconos ⁊ hmōi. Nō igit' ab re
i epi digito gēmat⁹ fulget annul⁹. ꝑ
cuius misterium dantur fulgida ca
rissimata gratiaꝝ. De annulo spon
se satis dictum est in prima parte
sub ti. de eccle. sacra.

¶ De baculo pastorali Rica

Baculus pastoralis correc
tionem pastoralem signifi
cat. propter qđ a cōsecra
tore dicitur cōsecrato. Accipe bacu
lum pastoralis officij ut sis in corri
gendis uicijs pie seuiens. de quo di
cit apl'us. In uirga ueniā ad uos. uir
ga eni pastoralis potestas intelligit'
sacerdotalis quā christ⁹ eis cōtulit
qñ apostolos ad predicandū misit
ꝑcipiens eis ut baculos tollerent. et
Moyses cū uirga missus est in egyp
tum. de hoc in prima parte dictum
est in ti. de consecra. ¶ Bacul⁹ ergo
a lege ⁊ euangelio sumit' qui et est
uirga pastoralis et sambuca ⁊ pedū
⁊ ferula nuncupatur. Moyses enim
ex mandato domini uirgam habuit
que terribilia fecit in celo ⁊ in terra
⁊ in mari. quia cibum de celo po
tum de petra produxit. ⁊ gregem
ad terram fluentem lacte ⁊ melle mi
nauit. ad hoc per baculum doctri
ne auctoritas intelligitur. hac enim
infirmi sustentantur. inquieti cor
ripiūtur errantes ad penitentiā tra
huntur. ¶ Unde et pedum quod
est lignum recuruum quo pastores
pedum retrahunt animaliū. ¶ Sa
ne quandoqꝫ baculus ex osse ⁊ lig
no cōficitur que cristallina ⁊ deau
rata sperula cōiungunt' os superi⁹ re
curuat'. lignum interius ferro acuit'
modice tamen reconditur. siquidē
os est duricia legis. lignum mansue
tudo euangelij que duo coniuncta
sunt sperula diuinitatis Iesu christi

uel os ſeueritas lignum pontificis
eſt leuitas quas iungit in iudicio p
caritatem. Nam ſeueritaſ uel miſeri
cordia multum deſtituitur ſi una ſi
ne altera teneatur.xlv.di.diſciplina
Ad quod deſignandum ferrum ob
tunditur quia iudiciuz miſericordia
temperatur.baculus recuruatur cū
penitentes ad penitentiam reuocan
tur. Aliquando in curuatura caput
formatur.quoniam ad deum cōuer
ſis uita eterna promittitur . Quan
doqꝫ etiam in curuatura ſcribitur
cuz iratus fueris miſericordie recor
daberis ne ob culpaz gregis ira tur
bet in paſtore oculum rationis.vj.
q.i.ex merito. Aliquando in ſperu
la ſcribitur homo ut pontifex ſe ho
minem memoretur . ⁊ de poteſtate
collata non eleuetur.Aliquando eti
am iuxta ferrum ſcribitur parce. ut
in diſciplina ſubditis parcat. ⁊ mi
ſericors a miſericordia miſericordi
am conſequatur. ꝙ uero bacul⁹ eſt
acutuſ in fine.rectuſ in medio.retor
tus in ſummo.deſignat ꝙ pontifex
debet pungere pigros. regere debi
les ſua rectitudine.⁊ colligeſ uagos
xlvij.di.ſ.neceſſe.xlv.di.diſciplina
⁊.c.omnia.unde vſus. Collige ſuſtē
ta.ſtimula.uaga.morbida. lenta.et
reddendo ſingula ſingulis.vſus iſte
continet omnia premiſſa.uel ſic.
Attrahe per primum. medio rege.
punge per ymum. Romanus autez
pontifex paſtorali uirga non utitur
tum propter hiſtoriam. tum prop
ter miſticam rationem. extra de ſa
cra.unctio.c.unico. in fi. Hiſtorica
eſt quoniam beatus petrus apoſto
lus marcialem diſcipuluz ſuum quē
dominus inter diſcipulos cōſtituit
cum dixerit . Niſi efficiamini ſicut
paruulus iſte non intra.⁊c. miſit cū
quibuſdam alijs ad predicandum
germanis quo in uia ad uiginti die
bus defuncto froto collega eius. re
diit ad nunciandum hoc petro.cui
petrus. Accipe hunc baculum ⁊ tan
gens illuz dic. Surge in nomine do
mini ⁊ predica. Ille uero in quadra
geſimo die a tempore mortis illius
tetigit eum ⁊ ſurrexit. et ita petrus
baculum a ſe remouit ⁊ ſubditis de
dit .nec recuperauit. Innocentiuſ ue
ro papa tercius ſcripſit in eccleſie
ſpeculo. ꝙ beatus petrus miſit ba
culum ſuum Euchario primo treue
rorum epiſcopo quem una cum ua
lerio ⁊ materno ad predicandū euā
gelium genti theutonice deſtinauit
cui ſucceſſit in epiſcopatu maternuſ
qui per baculum petri de morte ſu
ſcitatus quem baculum uſqꝫ hodie
cum magna ueneratione treuereñ.
eccleſia ſeruat . ⁊ ideo papa in illa
dyoceſi utitur baculo ⁊ non alibi.
¶ Miſtica uero eſt ratio quia bacu
lus in ſummitate eſt curu⁹ eſt attra
hendum ꝙ in romano pontifice ne
ceſſe non eſt quia nullus ab eo fina
liter diuertere poteſt . preterea per
baculum deſignatur cohertio. quaz
quia ceteri pontifices ab homine re
cipiunt.ideo a ſuis ſuperioribus ba
culoſ recipiunt ⁊ habent. Romanuſ
uero pontifex quia poteſtatem a ſo
lo deo accipit baculum non habet.
porro ſecunduz ꝙ capiti.ſ. chriſto
conuenit uirga pontificis . poteſta
tem chriſti ſignificat . de qua ps̄.
Uirga. recta ſue directionis uirga
regni tui.quia dilexiſti iuſticiam et
odiſti iniquitatez. propter qḋ alibi
dicit. Reges eos in uirga ferrea. du
ricias ferri uigorem ſignificat equita
tis qua chriſt⁹ tanqꝫ uas figuli pec
catores confringet. ¶ Uerum pote
ſtas chriſti non ſolum eſt uirga ſed
baculus. quia non ſolum corripit.
ſed etiam ſuſtentat .unde ps̄.Uirga
tua ⁊ baculus tuus ipſa me conſola
ta ſunt.

¶ De ſudario.

EXpeditis nouem speciali bus pontificum ornamen tis aliquod q̊busdā alijs. et primo de sudario uideamus qḋ est lineus pannus quem ministrans episcopo semp paratum habet quo ille sudorem ⁊ omne superfluuz cor poris tergat humorem significans studium quo humanas cōtagiones in hac uita extergimus per exempla sanctorum patrum quibus ad paci entiaz corroboramur. sicut enim su dor est in corpore sic etiam tedium est in anima quandoqꝫ ex cōscientia peccatorum premens cōscientie frō tez. habeamus igitur ex lino multis tonsionibus castigato ⁊ mundato. per quod mundanos extergamus affectus. ⁊ etiam cum Dauid ⁊ Job tristiciam abiciendo nos tergamus ¶ In quibusdam ecclesijs diacon⁹ sudariuz habens illud in dextro cor nu altaris deponit ut si forte quicq̄ꝫ sordidum accesserit illo tegatur ⁊ su darium sacerdotis mundissimū ma neat. Manipuli quoqꝫ pene eadem est significatio. prout ibi dictū est.

¶ De pallio.

COnsequēter aliqua de pal lio subiciamus qḋ patri archarum primatuz ⁊ me tropolitanorum est propriuz ut per illud a ceteris episcopis discernant̄ ⁊ priuilegiatam obtinent dignitatē quare sub premissis ⁊ cōmunibus uel specialibus ornamentis minime continetur. ¶ Siquidem per palli um simul utrum ⁊ super humerale ꝙ ⁊ rationale legalis pontificis intel ligimus. qi enim super utrunqꝫ pon tificis humerum iacet super hume rale siue longion dicitur quia uero inde descendens in ipso pontificis pectore iungitur rationale uocatur. habebat eniz Aaron super humera le ⁊ rationale que cathenulis aureis simul iungebantur. sunt tamen qui dicunt ꝙ rationali nullum hodie or namentum succedit. de quo sub ti. de leg. indu. dicetur. Alij dicunt ꝙ pallium pro aurea lamina institutū est quamuis probabilius uideatur aurifrisea mitre uicem lamine gerāt ¶ Sane pallium quo maiores utū tur significat disciplinā qua seipsos ad exemplum subditorum ⁊ etiam ipsos subditos regere ⁊ constringer̄ debent. per hanc acquirit̄ torques aurea quam legitime certantes acci piunt. de qua dicit Salomon in pa rabolis. Audi fili mi disciplinaz pa tris tui. ⁊ ne dimittas legem matris tue ut addatur grauitas capiti tuo ⁊ torques collo tuo. sicut autem tor ques seu brauium non dabatur nisi legitime certanti. Iuxta illḋ aposto li. Multi quidem currunt sed unus accipit brauium. ita ⁊ ad honorem pallij nemo ascensurus est quin in singulis honorum gradibus legiti me prius desudauerit. nam ⁊ officia secularia non deferunt principalem locum ingressus uestibulis mactiōis lix. di. officia. sed examinat̄ per plu rimos gradus ⁊ is gradus ceteros antecessit quem labor prolixior et stipendia longiora fecerunt anteire C. de offi. ma. of. nemo. ff. de mu. et ho. gradatim. Super cūcta indumē ta fertur ut ceteri hoc uidentes ad legitimum certamen hortentur. ¶ Pontifex uero pallium dum sibi imponitur ⁊ detrahitur osculatur. ad notandum summuz legitime cer tandi desiderium brauiuz promerē di. ¶ Est autem pallium de candi da lana contextum habens circuluz humeros constringentem. ⁊ duas li neas ab utraqꝫ uideliꝫ ante ⁊ retro pendentes. A sinistris est duplex a dextris simplex. habet quatuor cru ces purpureas scilicet ante ⁊ retro.

a dextris ⁊ a sinistris. ¶ Insigūtur
in pallio tres acus. ⁊ quedam sunt
que per metropolis sine pallio agi
non possunt. quo etiaȝ nisi certis di
ebus uti non ualet. que omnia mo
ralibus imbuta sunt misterijs. et di
uina grauida sacramentis. nam ut
scriptura testatur. in thesauro sapiē
tie significatō discipline. ¶ In lana
quippe asperitas. in candore benig
nitas designatur. Nam ecclesiastica
disciplina contra rebelles ⁊ obstina
tos seueritatem exercet. sed erga pe
nitentes ⁊ humiles exhibet pietateȝ
ꝓpter quod de lana non cuiuslibet
animalis sed ouis dūtaxat efficitur.
que est animal mansuetuȝ. Unde ꝓ
pheta. Tanq̄ȝ ouis ad occidendum
ductus est. ⁊ sicut agnus contra ton
dentem se non aperit os suum. hinc
est ꝙ illius semiuiui uulnerib⁹ queȝ
samaritanus duxit in stabulum ⁊ ui
num ⁊ oleum infundens. ut ꝑ uinuȝ
mordeantur uulnera per oleum mo
ueantur. quatenus qui sanandis uul
neribus ꝑest in uino morsum seueri
tatis adhibeat. in oleo molliciem pi
etatis. Hoc nemirum ⁊ per archam
tabernaculi designatur. xlv. di. disci
plina. in qua cum tabulis uirga con
tinetur ⁊ manna. quoniam in mente
rectoris cuȝ scripture scientia uirga
debet esse directionis ⁊ manna dul
cedinis. ut seueritas imoderate non
seuiat. ⁊ pietas plusq̄ȝ expedit nō in
dulgeat. Item fit de uili materia sci
licet lana. ut habeat pretiuȝ nō a se
sed ab eo qui significat̄ in se. ut non
oculis sed mēti spectabile sit. ut nō
ad ornandum sed ad significanduȝ
indui intelligatur. ¶ Circuitus pal
lij per quem humeri cōstringuntur
est timor domini. per quem opera
exercentur. ne uel ad illicita defluāt
uel ad superflua relaxent. quoniā di
sciplina sinistraȝ cohibet ab illicitis
formidine pene. dexteram uero tem
perat a sup̄fluis iusticie amore. bea
tus ergo uir qui semper est pauidus
nam iuxta sententiaȝ Salomonis. ti
mor domini peccatum expellit. qui
uero sine timore existit iustificari nō
poterit. Ideo eni circulus pallij sub
collo humeros cōstringit. ad notan
dum ꝙ illum ferens debet esse ideȝ
opere ⁊ sermone. ¶ Duas uero line
as quarum una post dorsum. ⁊ alte
ra ꝓgreditur ante pectus. huius ui
te curas et solicitudines significare
putamus. quib⁹ ⁊ cor ⁊ humeri pō
tificis sic sepissime grauantur ⁊ ipe
diuntur. ut a proprio statu euȝ auer
tant. ⁊ uana quedaȝ ⁊ transitoria co
gitare ⁊ portare compellant. hinc ē
ꝙ pallium ante ⁊ retro a dextris ⁊ a
sinistris ante pectus ⁊ super hume
ros frequenter aptatur. ut his post
habitis in seipsum redire intelligāt
Actiuam quoq̄ȝ ⁊ contēplatiuam ui
tam significat. quas ita debet exerce
re prelatus. ut exemplo moysi nunc
in montem ascendat. ⁊ ibi philoso
phetur cuȝ domino. ⁊ nūc ad castra
descendat. ⁊ ibi necessitatibus ꝓui
deat populorum ꝓuisurus. attendi
mus ut cum sepe se dederit alijs. in
terdum se sibi restituat. quatenus ⁊
cuȝ martha circa frequens misteriū
satagat. ⁊ cum maria uerba audiat
saluatoris. extra ō renūc. nisi. ad fi.
lxxxviij. di. decreuit. utraq̄ȝ tamen si
ea grauat inferius. quia corpus qḋ
corrumpitur aggrauat animam. de
primit terrena inhabitatio sensum
multa cogitanteȝ. ¶ Palliū duplex
est in sinistra sicut et rationale. sed
simplex in dextra. quia uita presens
que per sinistram accipitur multis ē
subiecta molestijs. ⁊ in ea duplicita
te carere non possumus. quia nūc ꝓ
speris extollimur. nunc aduersis frā
gimur. nūc terrena petimus. nūc ce
lestibus adheremus. nunc carni nūc
menti seruimus. sed uita futura que

per dexteram significatur in una sp
est collecta quiete. qd ueritas ipsa
designauit cuz intulit. Martha mar
tha solicita es ꝛ turbaris erga pluri
ma. porro unum est necessariuz. ma
ria optimam partez elegit que non
auferetur ab ea. Rursus pallium est
duplex in sinistra. quatenus ad tol
lendas uite presentis molestias pre
latus fortis exultat. simplex i dextra
quatenus ad obtinendā uite future
quietem toto suspirat affectu. iuxta
uerbū ps. dicētis. Unam petij a do
mino banc requiram. ut inhabitez i
domo domini omnibus dieb⁹ uite
mee. Illuc enim nulla est duplicitas
sine ruga. sed ꝓsperitas sine aduer
sitate. gaudium sine tristicia. ꝛ felici
tas sine miseria. ¶ Quatuor cruces
purpuree sunt quatuor uirtutes po
litice. scilicet iusticia. fortitudo tem
perantia. ꝛ prudētia. que nisi i chri
sti crucis sanguine purpurentur. fal
sum sibi nomen uirtutis usurpant.
ꝛ ad ueram beatitudinis gloriā non
perducunt. unde dns inquit apls.
Nisi babundauerit iusticia uřa plus
ꝗ scribarū ꝛ pha. nō in. in re. ce. nec
est purpura regis tincta canalibus
quā Salomon cōmemorat in canti
cis canticoꝝ. Is ergo qui pallij glo
ria decoratur. si cupit esse quod di
citur in anteriori parte. debet babe
re iusticiā ut reddat unicuiqꝫ quod
suum est. ex ꝓpbe. decre. prudentiā
in posteriori. ut caueat quod cuiqꝫ
nociuum est. fortitudine a sinistris
ut eum aduersa non deprimant. Tē
perantiaz a dextris. ut eum ꝓspera
non extollant. ¶ Tres autem acus
in pallio infiguntur. s. ante pectus ꝛ
super sinistruz bumerum. ꝛ post ter
gum. non ad pungendū. ꝛ non pro
pter buius uite punctionis. sed ad
planetam palliuqꝫ iungenduz. anti
quitus in planetis posite erant qui
bus acus inferebatur ꝛ palliū simul
cum planeta firmabant. ne a suo lo
co pallium moueretur. possumus tñ
per tres acus fidem spem ꝛ caritatē
intelligere. sine quibus pallium ab
epo rite teneri non potest. Rursus
tres acus compassionē proximi. ad
ministrationē officij. distinctionēqꝫ
iudicij significant. quarū prima pū
git animaz per dolorem. secunda p
laborem. tertia per terrorez. Prima
pungebat apostolum cum dicebat.
Quis infirmatur ꝛ ego nō infirmor
quis scandalizatur ꝛ ego non uror.
extra de renūc. nisi. Secunda cuz aie
bat. preter illa que extrinsecus sunt
instantia mea cottidiana solicitudo
omniuz ecclesiarū. Tertia pungebat
Job dicentem. Si iustus uix saluabi
tur. ipius ꝛ peccator ubi apparebūt
Super dextrum bumerū non infigi
tur acus. quoniam in eterna quiete
nullus est afflictōis aculeus. nullus
stimulus punctionis. abstergit eniz
deus omnez lacrimaz ab oculis sanc
toruz. ꝛ iam non erit amplius neqꝫ
luctus neqꝫ clamor. sꝫ neqꝫ ullus do
lor. quoniā priora transierūt. Acus
uero aurea esse debet. sed inferius a
cuta. ꝛ superius rotunda. lapidez cō
tinens pretiosuz. qa nimirū bonus
pastor ꝓpter curam ouiuz in terris
affligitur. sed in celis coronabitur.
ubi illam pretiosaz margaritā babe
bit. de qua dominus in euangelio.
Simile est regnū celorum bomini q̄
renti bona. ꝛc. inuenta una pretiosa
margarita dedit omnia sua ꝛ cōpa
rauit eam. ¶ In pallio ꝛ cum ipso
cōfertur pontificalis officij plenitu
do. binc ē ꝙ anteqꝫ metropolitanus
pallio decoretur nō debet conciliuz
cōuocare. crisma cōficere. clericos ui
in sua ꝓuincia ordinare. pontifices
cōsecrare. uel ecclias dedicare. nec se
archiepm nominare. ex. de elec. ꝙ si
cut. in fi. de postu. bone. ij. ad finez.
Aiunt tamē quidā ꝙ extra ꝓuintiā

ſuam inuitatus poſſet ordines tanq̄
ſimplex epūs ſine pallio celebrare.
Sunt etiam qui dicūt q̄ epūs etiaꝫ
ſi ſit talis q̄ pallio utat̄. non poteſt
dare licentiaꝫ alieno archiepiſcopo
utendi pallio in dioceſ. ſua. niſi dic
tus epūs palliatus exemptus exiſtat
nec etiā archiepiſcopus in ꝓuincia
ſua. niſi forte inuitatus priuilegium
habeat q̄ poſſit uti pallio extra ſuā
ꝓuintiam ſi fuerit inuitatus. ſed hec
potius iuris ſunt ꝛ rigoris q̄ꝫ curiali
tatis. neqꝫ ſubtiliter inuenti aliud ui
detur in epō palliato exempto q̄ꝫ in
nō exēpto. ſed unus metropolitanꝰ
nō poteſt cū alterius pallio celebra
ri. neqꝫ pari ratione ſepeliri. ſed cuꝫ
ꝓprio tm̄. extra ꝺ uſu pallij. ad hoc.
Palliatus tamen ad aliam eccl'iam
tranſlatus cum pallio ſecundo loco
ſibi cōceſſo ſepelitur. Item palliatꝰ
ad aliam trāſlatus eccleſiam non po
teſt ibi uti pallio prima eccleſia ob
tenta. q2 non ſoluꝫ datur cōtempla
tionē pſone. uerumetiam loci. ex̄ de
poſtu. bone. ij. ad fi. hinc eſt q̄ non
poteſt uti eo extra ꝓuinciaꝫ ſibi de
cretam. extra de uſupa. cum nuper.
ꝛ. c. ex tuaruꝫ. ſilicꝫ ſi quis renūtiet
archiepiſcopatui. neq̄t ulterius pal
lio uti. ex̄. ꝺ renunc. c. ad ſupplicatō
nem. nec etiā poteſt quis pallio niſi
intra eccleſiam ꝛ diuinis officijs uti
Unde ſi forte ꝓceſſionaliter uel ad
predicandū uel aliquod huiuſmodi
eum eccleſiam exire cōtigerit cū pal
lio non exibit. extra eo. c. i. i. di. pal
lium. ꝛ. c. ſemper. ¶ Siquideꝫ regu
lariter uſu pallij interdicit̄. niſi in ſo
lēnibus diebus. et qui in cuiuſcūqꝫ
eccleſie priuilegijs cōtinetur. ex̄. co.
penul. ꝛ ult. puta in feſtiuitatibus
natalis domini. ſācti ſtephani. ſācti
Johannis. circūciſionis. epiphanie.
ramiſ palmaꝝ. cene domini. ſabbati
ſancti. in tribus diebus reſurrectōis
aſcenſionis. pēthecoſtes: ſcī iohānis
baptiſte. omniū apl'orum. in q̄tuor
feſtiuitatibus beate marie. ꝛ ſcti mi
chaelis. ꝛ oium ſanctorū. ſancti mar
tini qui ē par apl'is. In feſtiuitatibꝰ
ꝑncipalibus eccleſie pallio decora
re. In dedicatōibus eccleſiaꝝ. conſe
crationibus epōrum. ordinatōnibꝰ
clericoꝝ. ꝛ anniuerſario cōſecratōis
palliati. de cōſe. di. i. porro. Quidā
etiam addunt dies domicas que ad
reſurrectionē ꝑtinent. quod tamē in
uſu nō eſt. poſſꝫ etiā dici. q̄ ubicūqꝫ
in ſua ꝓuincia corpus alicuius ſācti
quieſcit. metropolitanus i feſto euiſ
dem ſancti ꝛ etiā in principali feſto
cuiuſlibet loci ſue ꝓuincie ad locuꝫ
illum declinās poterit pallio ꝛ ſan
dalijs uti. In exequijs uero defunc
toꝝ uel in benedictionibus nubenti
um uti nō licet. niſi hoc in ꝑuilegio
cōtineatur expreſſum. ex̄. co. c. fina.
Epiſcopus hoſtien. qui papam con
ſecrat pallio utitur. ex inſtitutione
marcij pape. ꝛ etiaꝫ quidā epiſcopi
ex priuilegio ſpetiali. ut auicien. et
quandoqꝫ eccen. ex̄. de preſump. cū
in iuuentute ¶ poſtremo ſcienduꝫ
eſt q̄ romani pōtifices q̄ beatuꝫ Sil
ueſtrum ꝑceſſerunt depingūtur tan
q̄ꝫ gerentes lineas pallij circa hume
ros inuolutas. nam legalis ſacerdoſ
dum ſacrificabat ſūmitates balthei
ſup humeros reflectebat. in quo ſig
nificatur q̄ illoꝝ iuriſdictio ꝛ pote
ſtas p pallium ſignificata. inuoluta
ꝛ iplicata nō libera fuit. Ipſe uero ꝛ
eius ſucceſſores liberam ꝛ explicatā
habuerūt. quare linee ipſe i eis expli
cite ꝛ extenſe. ante ꝛ retro dependen
tes depingūtur. Poteſt etiā dici q̄
linee ipſe q̄ ut premiſſuꝫ eſt ſolicitu
dines ꝛ curam ſignificāt. iō a tempe
Silueſtri pape explicite dependent
ꝓpter ꝯceſſa ſibi ꝛ ſucceſſoribus tē
poralia. q̄ abſqꝫ ſolicitudine ꝛ cura
nequeūt poſſideri. xcvi. di. cōſtanti
nus. ¶ Deniqꝫ bruno dixit q̄ ſumꝰ

pontifex preter premissa ornamēta
⁊ regnum portat ⁊ purpura utitur.
prout sub ti. de mitra dictum est.
non pro significatione. sed quia cō
stātinus imperator olim beato Sil
uestro omnia romani imperij insig
nia tradidit. in predicto. c. constan
tinus. unde ⁊ in magnis processioni
bus omnis ille apparatus romano
pontifici exhibetur. qui quondam
impatoribus fieri solebat. ⁊ cum di
ademate imperiali papa ipse coro
nabitur.

¶ De q̄tuor coloribus q̇bus eccle
sia in ecclesiasticis utitur indumentis.

Quatuor sunt principales
colores quibus secunduȝ
ꝓprietates dierum sacras
uestes ecclesia distinguit. albus. ru
beus. niger. ⁊ uiridis. Naȝ ⁊ in lega
libus indumentis q̇tuor colores ru
isse leguntur. Byssus. purpura. iacin
ctus. ⁊ crocus. de quibus in sequēti
ti. dicetur. Ecclesia etiaȝ romana uio
laceo ⁊ croceo colore utit̄. ut infra
dicetur. Albis indumentis utenduȝ
est in festiuitatibus sanctorum con
fessorum ⁊ uirginum. qui martires
non sunt ꝓpter integritatem ⁊ inno
centiam. nam candidi facti sunt na
zarei eius. ⁊ ambulabunt mecum in
albis. uirgines enim sunt ⁊ sequūtur
agnum quocūq̧ ierit. propter ean
dem causam utenduȝ est albis in so
lemnitatibus angeloꝝ. de quorū ni
tore dominus loquitur ad luciferū.
ubi eras cuȝ me laudarent astra ma
tutina. Item in omnibus festis sanc
te dei genitricis marie. In festo om
nium sanctorum. quidam tamē tūc
rubeis utuntur. ut infra dicetur. In
principali festo sancti Johānis euā
geliste. In cōuersione sācti pauli. In
cathedra petri. de his etia infra di
cet̄. Item a uigilia natiuitatis dn̄i.

usq̧ ad octauaȝ epiphanie inclusiue
ut dicet̄ in ꝓhemio septime partis
exceptis festis martirū intermedijs.
In natiuitate saluatoris ⁊ etiam pre
cursoris. qm̄ uterq̧ natus ē mundus
id est carens peccato originali. ascē
dit enim dominus nubem leuem. id
est assumpsit carnem a peccatis imu
nem. ⁊ intrauit egiptum. id ē uenit ī
mundum. Juxta illud quod angelus
inquit ad uirgineȝ. Spiritus sāctus
superueniet in te ⁊ uirtus altissimi ob
umbrabit tibi. ⁊c. Johannes autem
⁊ si fuerit in peccato cōceptus. fuit
tamen in utero sanctificatus. scd̄m
illud ꝓpheticum. Anteq̄ exires de
uulua sanctificaui te. ⁊ angelus inq̇t
ad zachariam. Spiritu sancto reple
bitur adhuc ex utero matris sue. Jtē
in epiphania propter splendorem
stelle que magos duxit. secundum il
lud propheticum. ambulabunt gētes
in lumine tuo. ⁊ reges in splendore
ortus tui. In ypopanti propter pu
ritatem marie. que iuxta canticaȝ sy
meonis. obtulit lumen ad reuelatio
nem gentium. ⁊c. In cena domini ꝓ
pter confectionem crismatis. qđ ad
mundationem anime cōsecratur. nā
⁊ euangelica lectio munditiam ꝓnci
paliter in illa solēnitate cōmendat.
Qui lotus est inquit non indiget ni
si ut pedes lauet. sed est mundus to
tus. ⁊ iterum. si non lauero te nō ha
bebis partem mecum. Iteȝ a sabba
to sancto in officio misse usq̧ ad oc
tauam ascensionis inclusiue. quādo
cūq̧ officiū de tempore agitur. pre
ter dies rogationuȝ. ⁊ preterq̄ in fe
stis martirum intermedijs. prout in
fra dicet̄. In resurrectione propter
angelum testem resurrectionis ⁊ nū
tium. qui apparuit stola candida co
optus. đ quo dicit matheus. q̧ erat
aspectus eius sicut fulgor. ⁊ uestim
ta eius sicut nix. ⁊ q2 pueri tūc rena
ti albas habent uestes. In ascēsione

propter nubem lucidaꝫ in qua chri
stus ascendit. nam ⁊ duo uiri astite
runt iuxta illos in uestibus albis. q
⁊ dixerũt. Uiri galilei q̇d statis ⁊c̄.
Illud auteꝫ notandũ est ꝙ licꝫ in cõ
secratione pontificis talibus sit indu
mẽtis utendũ qualia scd̄m diei pro
prietateꝫ cõueniunt. in dedicatõe tñ
ecclesie semp est utenduꝫ albis quo
cũqꝫ dierũ dedicatõ celebret̃. qm̄ in
cõsecratione põtificis cantat̃ missa
de die. sed in dedicatione basilice õ
dedicatõne misse cantat̃. Nam ⁊ ec
clesia uirgineo nomie nũcupat̃. Iux
ta illud apl̄i. Despondi eni uos uni
uiro uirgineꝫ castam exhibere xp̄o.
de qua sponsus inquit in canti. Lo
ta pulchra es amica mea ⁊ ma. n. e.
in te ue. de li. ⁊c̄. Ipse eni qui ꝯsecra
tur debet esse albis ornatus. ad no
tandũ ꝙ omni tp̄e uestimenta eius
debent esse candida. id ē uita eius ĩ
maculata. Item p̄ octauas predicto
ruꝫ festoꝝ octauas habentiuꝫ uten
dum ē colore albo. qñ de ipsis agit̃
octaua. ¶ Rubeis aũt utendũ est ĩ
dumentis. in solẽnitatibus apl̄oruꝫ.
euãgelistaruꝫ. ⁊ martirum. ꝓpter sã
guineꝫ passionis quem ꝓ christo fu
derũt. nam ipsi sũt q̇ uenerũt ex ma
gna tribulatione. ⁊c̄. preterqꝫ ĩ festo
innocentũ ut iam dicet̃. Itẽ in festo
crucis in q̄ christus sanguineꝫ suum
fudit pro nobis. Unde ꝓphe. quare
rubeũ est indumentũ tuum sicut cal
cantiũ in torculari. sꝫ scd̄m alios me
lius est tũc albis uti. qm̄ non passio
nis sed inuentionis uel exaltationis ē
festum. Item a uigilia penthecostes
a missa usqꝫ ad sabbatũ post ipsuꝫ fe
stum inclusiue. ⁊ hoc ꝓpter sp̄us scti
feruorem q̇ sup̄ apl̄os in igneis lin
guis apparuit. nam apparuerunt illis
dispertite lingue tanqꝫ ignis ⁊c̄. Unde
ꝓpheta. de celo misit ignem in ossi
bus meis. Licet aũt in apl̄oꝝ petri
⁊ pauli martirio rubeis sit utendũ.

in cõuersione tñ pauli ⁊ in cathedra
petri utendũ est albis. sicut ⁊ licꝫ in
natiuitate scĩ iohãnis baptiste sit al
bis utendũ. in decollatõne tñ ipsius
est rubeis utendũ. Cum aũt illius fe
stiuitas celebrat̃ qui simul est mar
tir ⁊ uirgo. martiriũ uirginitati pre
fertur. qꝛ signuꝫ est p̄fectissime cari
tatis. iuxta ꝙ ueritas ait. Maiorẽ ca
ritateꝫ nemo habꝫ ut animã suaꝫ po
nat quis ꝓ amicis suis. q̄propter ⁊
in oĩ cõmemoratione sanctoꝝ q̇daꝫ
rubeis indumẽtis utunt̃. Alij uero
ut ecclesia romana candidis. cuꝫ nõ
tm̄ in eadeꝫ sed de eadem solẽnitate
dicat etiã scd̄m apoc. Io. Stabãt in
cõspectu agni amicti stolis albis. et
palme in manibus eoꝝ. hinc spõsa
dicit in canti. Dilectus meus candi
dus ⁊ rubicũdus. electus ex milibus
candidus in cõfessoribus ⁊ in uirgi
nibus. rubicũdus in martiribus ac
apostolis. hij siquidẽ ⁊ illi sunt flo
res rosarũ ⁊ lilia cõuallium. Rursus
qui ĩ festo oium sanctoꝝ rubeis utũ
tur ex eo mouent̃. qꝛ festũ illud pri
mo in honore martirũ tm̄ institutũ
fuit. sꝫ respõderi põt ꝙ imo etiaꝫ in
honore beate uirginis. ⁊ hodie ex in
stitutione Gregorij. vij. festat eccle
sia de illa etiaꝫ ꝓ cõfessoribus ⁊ uir
ginibus. ꝓut in septima p̄te sub ip
so festo dicet̃. Iteꝫ p̄ octauas p̄mis
soruꝫ octauas habentiũ utendum ē
colore rubeo qñ agitur de octaua.
Nigris utendũ est ferꝫ sexta ĩ pasce
ue. ⁊ in diebus afflictionis abstinen
tie pro peccatis. ⁊ etiã in rogationi
bus. sicut sub illo tractatu in sexta
p̄te dicetur. ⁊ in ꝓcessionibus quas
romanus põtifex nudis pedibus fa
cit. ⁊ in missis ꝓ defunctis. ⁊ ab ad
uentu usqꝫ ad uigiliã natiuitatis. et
a septuagesima usqꝫ ad sabbatũ pa
sche. Sponsa quippe dicit ĩ canticis.
Nigra sum sꝫ formosa filie ierusaleꝫ
sicut tabernacula cedar. sicut pellis

Salomonis. nolite me cōsiderere ꝙ fusca sim quis decoloreuit me sol. In festo aūt sanctoꝝ innocentū quidam nigris alij uero rubeis indumētis utendum esse contendunt. illi ꝓpter tristiciam. quia uox in rama audita est ploratus ⁊ ululatus multus rachel plorans filios suos. ⁊c. naꝫ ⁊ propter eandem causam cantica leticie subticentur. ⁊ sine aurifrisio mitra defertur. Isti propter martiriuꝫ quod principaliter comemorans innuit ecclesia. Sub throno dei sanctiones clamant. uindica sanguineꝫ nostrum qui effusus est domine deus noster. sicut ⁊ in letare ierusaleꝫ propter leticiam quam aurea rosa designat. romanus pontifex portat mitram aurifrisio insignitam. sed propter abstinentiam nigris utitur indumentis. sed ecclesia romana tūc utitur uiolaceo colore. quādo illud occurrit extra dominicam. sed in octaua rubeo. ¶ Restat ergo ꝙ i dieb⁹ ferialibus ⁊ comunibus uiridib⁹ sit indumentis utendum. quia uiridis color medius est inter albedinem ⁊ nigredinem ⁊ ruborem. ⁊ spetialiter inter octauaꝫ epiphanie ⁊ septuagesimam. ⁊ inter penthecosten ⁊ aduētum. quādo dominicale agitur officium. hic color exprimitur ubi dicitur cipricū nardo. nardus ⁊ crocus.

¶ Ad hos q̄tuor colores ceteri referunt᷑. s. ad rubeuꝫ coloreꝫ coccineus. ad nigrum uiolaceus. qui aliter coccens uocatur. ad albuꝫ byssinus ad uiridem croceus. quāq̄ꝫ nonnulli rosas ad martires. crocum ad cōfessores. ⁊ lilium ad uirgines referent. De coloribus etiam in fine sequētis tractatus dicetur. Uiolaceo autē colore uti in diebus quibus ē usus nigri coloris non est incouenięns. unde ecclesia romana utitur colore uiolaceo a prima dn̄ica aduētus usq̄ꝫ ad missam uigilie natiuitatis dn̄i. inclusiue. ⁊ a septuagesima usq̄ꝫ ad officium uigilie pasche exclusiue. quando ꝙ in predictis tēporibus officiū de tēpore agitur. exceptis quinta feria cene domini. ⁊ feria sexta parasceue In festiuitatibus uero sanctorū que a septuagesima in aduētu occurrūt non est nigris uel uiolaceis utēdum Et est intelligendū ꝙ in sabbato sācto in to officio quod agit᷑ ante missam utendū est uiolaceo colore. hoc excepto ꝙ diaconus qui benedicit cereuꝫ indutus dalmatica. ⁊ subdiaconus ministrās indutus tunicellis albis utuntur. quia benedictio illa sicut ⁊ missa ad resurrectioneꝫ pertinet. sed benedictione cerei expleta diacon⁹ remota dalmatica assumit planetaꝫ uiolacei coloris. ⁊ tenet eaꝫ usq̄ꝫ dum inchoatur officium misse. subdiaconus uero non mutat uestes Quidam etiaꝫ in dominica in ramis palmarum utuntur albis in processione. et in ramorum benedictione dum legitur euangeliuꝫ. ⁊ dum cantatur gloria laus. propter leticiaꝫ festiuitatis christo iacte q̄ in ꝑmissis cōmemoratur. sed ecclesia romana tunc semper utitur uiolaceo colore. ⁊ in processione que fit in purificatione ante missam. pro eo ꝙ officium illud est de antiqua expectatione symeonis. ⁊ sapit uetus testamentū.

Utitur etiam ecclesia romana uiolaceo colore in q̄tuor temporib⁹ septembris. ⁊ in uigilijs sanctorum in quibus est ieiunium. quando missa est de uigilia. ⁊ in diebus rogationū ⁊ in missa q̄ dicitur ī die sancti marci. de officio letanie. Cum enim ieiunamus carnem nostram crucifigētes maceramus. ut sic facta liuida christi liuoribus cōformetur. cuius liuore sanati sumus. ad quod designandum tunc colore uiolaceo utuntur. qui pallidus ⁊ quasi liuidus est. Ceterū uelamīa truꝫ coloꝝ ponunt᷑

in altari in festo pascbatis. prout di
ctum est in prima parte sub trac.a
tu de picturis .

¶ De indumentis legalibus seu ue
teris testamenti . Rtca .

Quoniam minus plene rem
significataȝ bumana fragi
litas cōprebendit. si peni
tus rem significanteȝ ignoret. idcir
co de indumētis legalibus ad buius
cecitatis ignorantiaȝ ꝓpellendam.
primo secundū bistoriaȝ. Secundo
secundū allegoriā. Tertio uero scōm
tropologiam aliqua dicemus.
primo igitur secundū bistoriā notā
dum est. ꝙ q̄tuor erant legalia indu
menta scōm mosaicaȝ legem. tam mi
noribus sacerdotibus ꝙ principib⁹
sacerdotū cōmunia. d̄ quibus legit̄
Exo xxviij. c. primuȝ dicebat̄ mana
scaltm. quod grece bracce. latine ue
ro femoralia dici potest. d̄ bysso re
torta contextū. quo utebātur ꝓ eo
ꝙ legitur in Exo. xx. c. in fi. Non as
cendes ad altare meum ꝑ gradus:
ne reuelet̄ turpitudo tua. ⁊ Ezech.
xliiij. feminalia linea erūt in lumbis
eorum. Secunda cathemone siue li
nea quod nos subuclam uel albaȝ
sed moyses abaneth appellauit. he
brei uero discedentes a babylonis
emissaneam uocauerunt. eratq̄ bys
sinum ⁊ duplex. Tertium baltheus
id est zona uel cinguluȝ. latus q̄si di
gitis q̄tuor. sic reticulatus ut quasi
pellis uipere uideret̄. contextum de
bysso cocco purpura ⁊ iacincto. per
que q̄tuor elemēta significātur.
Quartuȝ est tyara. qd̄ hebrei mam
phte. nos autē infulam uel mitram
appellamus. a tydari pōtificali pluri
muȝ differens. quasi formaȝ rotūde
cassidis repsentās . ¶ Sup hec q̄tu
or cōmunia q̄tuor ꝓprijs pontifex i
dumētis utebat̄ . primū erat tunica
iacinctina. quam hebreus dicit me
tbil. grece dicit̄ poderis. latine tha
laris. que habebat ꝓ fimbrijs mala
granata cū octuaginta tintinabulis
auri inter. scalari modo disposita.
ut audiretur sonus cum pontifex in
grederet̄ sanctuarium. ne forte mo
reretur. Secundū erat ephot. id ē su
ꝑhumerale. de q̄tuor predictis colo
ribus auroq̄ contextū. sine manicis
ad modum colobij. habens aperturā
in pectore quandā ad magnitudinē
palmi. in qua logion eiusdem mēsu
re inserebatur. in cuius pte superiori
uidelicet super humeros infibulati
erant auro duo lapides onichini. q
bus duodecim nomia filioꝝ israhel
erant insculpta. sex in uno ⁊ sex in al
tero. Qz autē samuel ⁊ dauid legūt̄
induti ephot. illud erat lineum ⁊ ꝓ
prie quidē ephotar dicebat̄. Tertiū
hebraice dicebatur heen. grece logi
on. latine uero rationale uocat̄. qd̄
pontifex ferebat in pectore. dictuȝ
est aūt rationale iudicij. qz ibi erat
lapis in cuius splendore sibi deum
ꝓpicium esse cognoscebāt. Erat aūt
rationale quadrangulum duplex. in
modum unius palmi de q̄tuor ṗdi
ctis coloribus auroq̄ cōtextum. ha
bens duodeci lapides per quatuor
ordines. In primo sardium topasiū
⁊ smaragdum. In secundo carbūcu
lum saphirum ⁊ iaspidem. In tertio
ligurium achatem ⁊ amatistum. In
quarto gresolitum onichinum ⁊ be
rillum. In quibus erant scripta duo
decim nomina filiorum israhel. i sin
gulis singula iuxta ordinem sue na
tiuitatis. Erant etiam in eo scripta
hec duo nomina. urim ⁊ thumim.
id est ueritas ⁊ disciplina. Insereba
tur autē logion sup humerale a par
te superiori per duos annulos. ⁊ du
as cathenulas aureas immissas duo
bus uncinis. qui sub duobus predi
ctis onichinis . et super humerali

continebatur infixi. ab inferiori uero parte per duos annulos aureos cuz duabus iuncturis siue cathenis iacinctinis colligabatur ephot. Quartum et ultimū erat capitis ornamentum. uidelicet tyara seu cydaris in acutum pcedens. habens circulum aureum cuz malogranatis et floribus ex qua supra frontem pendebat aurea lamina. quam petalum dicūt ad modum lune dimidie. in qua scriptuz erat. anoth. adonay. id est sacrū nomen dñi thetragramaton. id est quatuor lr̃arum ut infra dicetur. ne uero cū mouebatur pontifex moueretur et lamina. ligabatur uitta seu iunctura iacinctina pspicua. q summitates posterius diffundebat. Noster ergo pontifex pro feminalibus habet sandalia. p linea albam. p baltheo cingulū. pro poderim tunicā. pro ephot amictum uel stolam. pro logion palliuz. pro cydari uel tyara mitram. pro lamina crucem. et qdaz ex his diuersam habent formaz ab illis. sed eandem figuraz. ¶ Secundo dicamus de typo dictorum legalium indumentoꝝ secunduz allegoriam. Sane his uestibus ornatus pōtifex totius orbis preferebat ymaginem. feminalia nāqꝫ bissina terram cōgrue figurabāt. qꝛ bissus de terra pcedit. est enim bissus linum egiptiacum. Balthei cum uittis et uasculis circūuolutionez occeani designabant. Tunica iacinctina ipso colore aerea pferebat. per tintinabula sonitus tonitruoruz. per malogranata chorusicationes fulgorum signabāt. Quatuor minoris sacerdotis et quatuor sūmi pontificis indumenta. quatuor microcosmi et quatuor macrocosmi ptes ipso numero designabant. id ē quatuor humores et quatuor elementa. ephot sui uarietate celū syderū ostēdebat. Qꝛ aūt aurum erat intextum coloribꝰ. figurabat qꝫ calor uitalis penetrat uniuersa. Duo lapides onicum solem et lunaz. uel duo emispheria designabāt. In rōnali uero duodecim gēme pectorales. duodeci signa in zodiaco preferebāt. Ratōnale quidez erat in medio. qꝛ ratione plena sunt uniuersa qua terrena celestibus herent. imo ratio terrenoruz et tempoꝝ caloris et frigoris. et duplex inter utrūqꝫ tempies de celi cursu et rōne descēdit. Per annulos cathenulas et uncinos elementorū humoruz et temporū colligamēta significabātur. Cydaris celum empireuz. lamina supposita deum figurabat omnibꝰ presidentez. Hanc quidē allegoriaz libri sapientie. c. xviij. cōfirmat auctoritas dicens. In ueste enim poderis quam habebat totus erat orbis terraruz. et pntum magnalia i quatuor lapidum ordinibus erant sculpta et magnificentia tua in diademate capitis illius erat scripta. ¶ Tertiō subicienda ē expositio indumentoruz legaliū secundū tropologiam. his si quidez indumentis legalibus sacerdos hoc ordine induebat. lotis nanqꝫ prius manibus et pedibus prius induebat manasteseim. id ē femialia signficās qꝫ sacerdos mūdatis operibus et affectibus lacrimis penitentie debet assumere cōtinentiaz. ut offerat hostiam imaculatam sanctam deo placentez. ¶ Noster tñ pontifex qꝛ iugem debet habere otinētiā nō induit in sacrificio feminalia. sed sandalia. ac si dicatur. qui lotus est nō indiget nisi ut pedes lauet. sed ē mundus totus. p manus enim opa designātur. scd̄m illud. Benedictus dñs deus meus q̇ docet manus meas ad preliū. et digitos meos ad bellum. Per pedes significātur affectus scd̄m illud. Excutite puluerem ō pedibus uestris. Et est notandū qꝫ ipsemet sacerdos sibi feminalia induebat. p que uirginalis cōtinentia sig

nificabat. que qm res est cōsilij nō precepti. xxviij. q. i. sicut eni. xxxiij. q. v. qui sitit. ideo ipsemet sibi ipo nebat. iuxta illud apli ad Corinth. xiij. c. De uirginibus preceptuz dñi nō habeo. cōsiliuz aūt do. ꝛ dñs in euangelio. Qui potest cape capiat. Hoc indumentū alternati induebāt sacerdotes. qm ad iugem ɔtinentiā nō ita tenebātur sicut ministri noui testamenti. ideoqꝫ fm quosdā huic indumēto nullum hodie respōdet. Secūdo induebat cethemone. id est lineaz significās qꝙ sacerdos debꝫ induere inocentiaz. ut qꝺ sibi nō uult fieri alij ne faciat. linum enīꝫ ꝓpter candorez significat inocentiā. scōm illud. Oi tpe uestimēta tua sint candida. Tertio cingebat se baltho. significans castitatē. quo circa lumbos debet accingi. ut restrigat carnis cōcupiscentiaz. unde ueritas ait. Sint lumbi uri precicti. ꝛ lu. ar. in ma. u. Baltheū autez qꝺ cōtextuz erat ex q̄tuor ꝓut supius dictū est. significabat qꝙ omes motus surgētes ex q̄tuor humoribus. siue ex q̄tuor elementis debet refrenare. ꝓuer. ulti. et cingulum tradidit chananeo. ꝛ ps. ix. c. Erit iusticia cingulū lumboꝝ eius per iusticiā enīꝫ refrenant huiꝰ mundi motus bestiales. pendebāt autez usqꝫ ad pedes. qꝛ usqꝫ ad finez uite debebat esse mundus. Quarto induebat tunicaz poderim. id ē talarez. significans qꝙ pōtifex debꝫ induere ꝑseuerantiā. qꝛ qui ꝑseuerauerit usqꝫ ad finem hic saluus erit. ꝑ taluz enī ꝓpter extremitatez ꝑseuerātia designatur. scōm illud. ipsa cōteret in caput tuū ꝛ in ca. eius. Dependebant autez ꝑ fimbrijs malogranata cum tintinabulis aureis. per malogranata intelligitur operatio. per tintinabulum aureum accipitur predicatō que duo debent in sacerdote cōiungi. ne sine illis ingrediēs sanctuariuꝫ in cōspectu domini moriatur. Cepit enī ihesus facere ꝛ docere. sacerdotibus relinquens exemplum. ut sequātur uestigia eius. qui peccatum non fecit. ut sit honestas in cōuersatione nec inuētus est dolus in ore eius. ut sit ueritas in predicatione. Per tintinabula quoqꝫ intelligitur uox predicatoris. ne uidelicꝫ sacerdos ꝑ silentium iudicium superni inspectoris offendat. Per malogranata exēpluꝫ bone uite. uel uoluntatis martiriꝫ. q̇a huiusmodi granis reficiunt infirmi Sacerdos aūt secundū Greg. plui. di. sit rector. Ingrediens uel egrediens moritur si de eo sonitus non audiatur. quia iram circa se occulti iudicis exigit si sine predicationis sonitu incedit. Aperte ergo tintinabula uestimentis illius describunt inserta. per uestimenta etenīꝫ sacerdotis quid aliud q̄ꝫ recta opera recipere debemus. iuxta illud prophete. Sacerdotes tui induātur iusticia. uestimentis itaqꝫ populi illius titinabula inherēt. ut uite uiam cum lingue sonitu ipsa quoqꝫ sacerdotis opera clament. iterum tintinabulis mala punica coniunguntur. quid per mala punica nisi fidei unitas designat. Nam sicut in malopunico uno exterius cortice multa interius grana utuntur. sic innumeros sancte ecclesie populos unitas fidei contegit. quos intus diuersitas meritorum tenet. ¶ Quinto induebat ephot id est superhumerale. significans qꝙ pontifex debet induere pacientiaz ut in pacientia sua possideat animā suam. humeris enim opera portamus. secundum illud. Supposuit humeruꝫ suum ad supportandaꝫ. ꝛ factus est tributis seruiens. Habebat autez duas oras coniunctas in utroqꝫ latere summitatum. significās qꝙ pōtifex debꝫ hēre arma iusticie a dextris ꝛ a sinistris. ut nō erigat ꝓꝑs

nec deprimatur aduersis. Habebat
⁊ duos lapides onichinos insertos
humeris. in quibus sculpta erāt du
odecim nomina filiorū israhel. sex i
uno ⁊ sex in alio. ꝑ duos onichinos
significatur ueritas ⁊ sinceritas. ueri
tas per claritatē. sinceritas per soli
ditatē. ꝑ filios israhel significantur
sancta desideria ⁊ iusta opera. scḋm
illud. Maledictus homo qui nō reli
querit semen in israhel. per senarium
significatur perfectio. eo ꝙ dns sex
to die ꝑfecit celum ⁊ terrā. ⁊ omnē
ornatū eorū. Qȝ ergo sex nomia fi
liorū israhel sculpta erant sex i uno
lapide ⁊ sex i alio. significabat ꝙ de
sideria sacerdotis ⁊ opera cōficꝫ de
bent nō in fermēto malicie ⁊ nequi
tie. sed in azi. sin. ⁊ ue. ut sinceritas i
formet intentionē. ⁊ ueritas finem.
Greg. ait in pastorali. xiij. c. ꝙ sup
humerale ex auro iacincto purpura
coccoqȝ bistincto. ⁊ bysso retorta ꝓ
cipitur. ut quanta sacerdos claresce
re uirtutū diuersitate debeat demō
stret. In sacerdotis quippe habitu
ante omnia aurū fulget. ut in eo in
tellectus sapiētie ꝓncipaliter emicat.
Cui iacinctus aereo colore splendēs
adiūgitur. ut per omne quod intelli
gendo penetrat. nō ad fauores infi
mos sed ad amorē celestiū surgat.
ne dum suis incautis laudibus capi
tur. ipso etiā ueritatis itellectu eua
cuetur. Auro quoqȝ ⁊ iacincto pur
pura ꝑmiscetur. ut sacerdotale cor
cum sūma que predicat sperat. in se
metipso etiam suggestiones uiciorū
reꝓmat. eisqȝ uelut ex regia potesta
te cōtradicat. Auro autē iacincto ⁊
bysso ac purpura bistinctus coccus
adiungitur. ut ante interni iudicis
oculos omnia uirtutū bona ex cari
tate decorentur. ⁊ cuncta que corā
hominibus rutilant. hec in conspec
tu occulti iudicis flamma intimi a
moris accendat. que scilicet caritas
quia deum simul ⁊ proximū diligit
quasi ex duplici tinctura fulgescit.
sed cum mens ad caritatis precepta
tenditur. restat ut per abstinentiā
caro maceretur. Unde ⁊ bistincto
cocco torta byssus adiungitur. de
terra enim bissus nitenti spetie orit
⁊ quid per bissum nisi candens de
core mundicie corporalis castitas
prosignatur. que uidelicꝫ torta pul
chritudini superhumeralis innecti
tur. quia tunc castimonia ad perfec
tum mundicie candorē ducitur. cū
per abstinentiā caro fatigatur. cum
ꝙ inter uirtutes ceteras etiam afflic
te carnis meritum proficit. quasi in
diuersa suꝑhumeralis spetie bissus
torta candet. ¶ Sexto induebat
logion. id est rationale. significans
ꝙ pontifex debet induere discretio
nem per quam discernat inter lucē
⁊ tenebras. inter dexterā ⁊ sinistrā
quia non est conuentio lucis ad te
nebras. neqȝ christi ad belial. de pe
nien. di. i. §. hoc idem. Erat autem
rationale quadrangulū. significans
ꝙ debet discernere inter q̄tuor. s. in
ter uerū ⁊ falsū. ne deuiet in creden
dis inter bonū ⁊ malū. ne deuiet in
agendis. Erat ⁊ duplex. qȝ debet di
scernere ꝓ duobus. ꝓ se uidelꝫ ⁊ po
pulo. ne si cecus cecū duxerit ambo
in foueā cadāt. Habebat ⁊ q̄tuor or
dines lapidū. significās ꝙ pontifex
debet hēre q̄tuor uirtutes ꝓncipales
scilicꝫ iusticiā. fortitudinē. prudētiā
⁊ tēperantiā. In singulis aūt ordi
nibus habebat tres lapides. signifi
cans ꝙ pontifex in ꝓmo debet hēre
fidem. spem. ⁊ caritatē. In secundo
modestiā. mansuetudinē. ⁊ benigni
tatē. In tertio pacem. misericordi
am. ⁊ largitatem. In quarto uigilan
tiam. solicitudinē. ⁊ longanimitatē.
per lapides enim figurantur uirtu
tes. secundum illud. Alius edificat
aurum ⁊ argentū ⁊ lapides ꝓtiolos

Habebat et duas cathenulas auri
purissimi sibi inuicem coherentes. q̄
duobus inserebantur uncinis. signi
ficans ꝙ pontifex debet habere du
os caritatis affectus. ad deū. s. ⁊ ad
ꝓximum. de quibus precipit̄. Dili
ges deum tuuȝ ex toto corde tuo. et
proximuȝ tuum sicut teipsum. sicut
eniȝ aurum ꝑeminet uniuersis metal
lis. ita caritas precellit uniuersas uir
tutes. de qua dicit aplus. maior ho
rum caritas. Duo uncini sunt inten
tio ⁊ finis. quibus cathenule inserū
tur. ut tam deum ꝙ ꝓximuȝ diligat
ex corde puro ⁊ cōsciētia bona. et
fide nō ficta. tam deum ꝙ ꝓximum
diligat propter beatitudinē. deuȝ ꝓ
pter seipsum. ⁊ ꝓximuȝ diligat pro
pter deum. Portabat aūt aaron rati
onale iudicij. in quo descripta erāt
duodeci nomina patriarcharū. ꝑut
dictū est in prima ꝑte sub ti. de pic
turis. ⁊ scōm Greg. in pastorali. i. c.
xij. bene rōnale iudicij uocat. qꝛ rec
tor debet subtili semꝑ examine bo
na malaqꝫ discernere. ⁊ q̄lis. quibus
qū. ⁊ q̄liter cōgruāt studiose cogita
re. nihilqꝫ ꝓprium querere. sed sua
cōmoda propinquoꝝ bona deputa
re. unde i Exo. xxxvj. di. ℣. ecce. scri
ptum ē. pones aūt in rationali iudi
cij doctrinā ⁊ ueritateȝ. que erunt i
pectore aaron quādo ingrediet̄ co
ram dño. ⁊ gestabit iudiciu filioruȝ
israhel in pectore suo in conspectu
dni semper. Sacerdoteȝ quippe iudi
cium filioꝝ israhel in pectore suo co
ram cōspectu dñi gestare. est subiec
torum causas pro soli iterni iudicis
autem ꝙ sancti patres
et prophete ante chri
sti aduentum suspiran
tes ⁊ preconantes premiserunt ope
ra. desideria. laudes. et preces. que
singula figurantur in missa. ¶ In
troitus nanq; scilicet ipsa antipho
na uaticinia prophetarum et sanc
torum patrum desiderium cuȝ pre
conijs. filij dei aduentum et incar
nationem dei expectantium expri
mit. In cuius rei signum in prima
dominica aduentus cantat ecclesia
introitum. Ad te leuaui. chorus igi
tur psallentium clericorum qui sig
nificat chorum prophetarum. et
multitudineȝ sanctorum christi ad
uentum expectantium. animam su
am dilatat et introitum in iubilo
cantat. quoniam prophete patriar
che reges et sacerdotes. omnesq;
fideles aduentum christi cum desi
derio expectabant. clamantes et im
plorantes. Emitte agnum domine
dominatorem terre. ⁊c. ¶ Item
ueni domine et noli tardare. Hinc
etiam ille Symeon iustus et senex
benedixit dicens. Nunc dimittis
seruum tuum domine. ⁊c. quia ui
derunt oculi mei. et dominus. Mul
ti reges et prophete uoluerunt ui
dere que uos uidetis et non uide
runt. ⁊c. Ex eorum ergo persona
cantatur introitus. per quos chri
stus introiuit in mundū. iuxta illud
apostoli. Et cum introduxit primo
genituȝ ī orbem terre. ⁊ adorent euȝ
omnes angeli dei. ¶ Sequitur uersi
culus psalmisticus siue psalmus qui
uersionē ad operationē notat. Dici
tur etiaȝ uersus. q꞉ per eum reuerti
mur ad introitū. significās opera et
uaticinia. Cōsequent ex istitucōe da
masi pape dicit᷑ gloria p̄ri. ⁊c. qꝺ si
gnificat laudeȝ. q꞉ post operationem

danda est gloria. Dicitur etiam glo
ria ut ostendatur patrem. filium. et
spiritum sanctum equalem habere
gloriam et coeternam maiestatem.
in principio ⁊ nunc et semper et in
secula seculorum. id est in preterito
presenti ⁊ futuro tempore. ¶ Inter
positio autem glorie inter primam
cantationeꝫ introitus ⁊ ipsius repe
titionem. designat captionem beni
uolentie. ut enim quod expectabāt
facilius obtinerent. ad totam trini
tatem cordis ⁊ uocis glorificationē
clamabant dicentes. Ostende no
bis domine misericordiam tuam. ⁊
sa. tu. da no. Qui sedes super cheru
bin apparere coram effra. b. et ma.
quorum tandem clamoreꝫ spiritus
sanctus exaudiens unxit eum oleo le
ticie pre consortibus suis. et ad euā
gelisandum pauperibus destinauit.
sicut ipse dei filius per prophetam
testatur dicens. Spiritus domini su
per me. ꝓpter quod unxit me. euan
gelisare pauperibus misit me. Dein
de antiphona ipsa seu introitus re
petitur. ut desiderium antiquorum
patrum seu alteratio et multiplica
tio suspitiorum. ⁊ clamoris ipsoruꝫ
euidentius exprimatur. Unde ꝓphe
ta. manda ⁊ remanda. expecta et re
specta. modicum ibi ⁊ modicum ibi
si moram fecerit expecta eum. quia
ueniens ueniet ⁊ non tardabit. Hoc
autem desiderium antiquorum nō
semper representat introitus intelle
ctu littere. sed iubilo cantilene. ¶
Uerū in diebus ꝓfestis bis introit⁹
cantatur. in laudem diuine ⁊ huma
ne nature. que in persona filij sunt
unite. In quibusdam uero ecclesijs
⁊ precipuis festiuitatibus triplicat᷑
in laudem ⁊ honorem trinitatis. q̄si
ei tripudiemus. in cuius memori
am missam cantamus. ⁊ dicitur se
mel cum gloria patri. ad laudem in
carnationis. Quandoqꝫ autem in

choatur uoce demissa. ad notanduꝫ
humilitatem. Subsequenter alta uo
ce repetitur. que uocis exaltatio sig
nificat excitationem a somno pecca
ti. quam uox expressa demonstrat.
iuxta illud apostoli. Hora est iam
nos de somno surgere. ¶ Potest eti
am et aliter dici prout de inuitato
rio in sexta parte sub nocturnis di
cetur. semper tamen integre repetit᷑
ut perfectio leticie denotetur. Que
dam uero ecclesie dicunt introitum
primo perfecte. quia ecclesia deum
laude perfecta laudat. Secundo im
perfecte. quia imperfecta est omnis
laus uie. Tertio quia perfecta ē laus
patrie. Dicitur autem introitus eo
ꝙ duꝫ ille canitur sacerdos ministra
turus ad altare intrat. seu quia per
illam antiphonam ad officiuꝫ intra
tur. qui etiam uocatur officium q̄si
efficiuꝫ. prout dicetur in prohemio
quinte partis. ¶ Celestinus papa
statuit ut psalmi dauid centūquin
quaginta ad introituꝫ misse ante sa
crificium antiphonatim canerentur
quod antea non fiebat. sed epistola
pauli tantuꝫ ⁊ euangeliuꝫ legebant᷑.
⁊ postea missa celebrabatur. de illis
ergo psalmis excepti sunt omnes in
troitus regulares. gradualia. offerto
ria. ⁊ cōmuniones. que cuꝫ modula
tione primo ceperunt ad missam in
ecclīa romana cantari. Gre. eniꝫ in
troitū misse cum cantu ordinauit. ⁊
unū v̄sum de illo psalmo q̇ cantaba
tur retinuit. Irreglares uero itroit⁹
sunt q̇ ƀm uarietates solēnitatuꝫ in
stituti sūt. ut puer natus ē ⁊c̄. ⁊ spūs
dn̄i ⁊c̄. et hij sūt v̄sus de psalmo pre
terq̄. uiri galilei. ⁊ nūc scio uere qa.
⁊c̄. ⁊ alij quidē ƀm aliquas ecclīas.
Et est notanduꝫ ꝙ qn̄ introitus de
psalmo sumit᷑ si primus uersus psal
mi sit introitus aliq̄a de sequēribus
uersibus eiusdem psalmi erit uersus
illius itroitus. sicut patet in itroitu

tertie ferie prime ebdomade q̄dra
gesime que incipit. Domie refugiuz
uerius enim est. priusq̄ mõtes fierẽt
Si uero non primus uersus psalmi
sed aliquis alius de sequentibus sit
introitus tunc prim⁹ uersus psalmi
erit uersus ipsius introitus. ut ecce
in natali est introitus. Domin⁹ dixit
ad me ꝛc. v̄sus uero est. quare fremu
erunt gentes. ꝛ in festo innocentum
introitus est Ex ore infantium ꝛc. v̄
sus est. Domine dominus noster. ꝛc
ꝛ sic de alijs q̄d fit ad significanduz
unionem et connexitatem capitis et
membrorum. ¶ Rursus v̄sus quan
doq̄ est duplex. quādoq̄ unus quā
doq̄ dimidius. de quo dicetur i sex
ta pte sub sabbato tertie ebdomad̄
quadragesime. dum autem introit⁹
canitur non sedetur quoniā ad op⁹
ꝛ preconium christi introitus refert̄
ut predestinati ad uerum cultū dei
uocentur. ¶ In quibusdaz ecclesijs
trophi dicūtur pro psalmis ex insti
tutione Greg. pape. ad maius gau
dium de christi aduentu representā
dum. Est autem proprie trophus q̄
dam uersiculus qui ī precipuis festi
uitatibus cantatur immediate ante
introitum. quasi quoddā preambu
lum ꝛ continuatio ipsius introitus
ut uerbi gratia. in festo natiuitatis
ante introituz illum. puer natus est
ꝛc. p̄cedit trophus iste. Ecce adest
de quo prophete cecinerunt dicen
tes. puer natus est ꝛc. Habuit autez
trophus originē a lege. Legitur eniz
numeri. x. q̄ dum eleuaretur archa
cantabatur. Exurge domie. cum ue
ro deportabatur cantabatur. Reuer
tere domine ad multitudinez exerci
tus. et dicitur trophus a trophos
quod est conuersio. quoniā quedaz
ibi solent fieri cōuersiones ad intro
itum. unde quandoq̄ prius dicitur
v̄sus ꝛ post eleison. ꝛ inde etiaz tro
phum dicitur zona. q̄z conuertitur
ab umbilico ad umbilicum circum
eundo. ¶ Potest etiam ꝛ aliter dici
quoniam introitus est laus ecclesie
de iudeis conuersis. Unde tria conti
net. uidelicet antiphonaz. uersum. et
gloriam. ꝛ hoc propter tres ordies
fideliuz qui fuerunt hebraice lingue
scilicet patriarche. prophete. ꝛ apo
stoli. Introitus siue antiphona ē pa
triarcharum. v̄sus prophetaruz. glo
ria uero apostolorum. antiphone re
petitio est p̄dicationis identitas.
ꝛ confirmatio quasi q̄d longe prius
patriarcha gestibus figurauit. pro
pheta predixit. apostolus euangeli
zauit. Ad quam etiam conuersionez
notandam solemnes trophi alicubi
inserūtur. qui sunt laudes ad introi
tuz cōuertibiles. nam trophos grece
dicitur cōuersio latine. ut p̄missum ē.

¶ De accessu sacerdotis ac pontificis ad altare. et de processione.

Dum introitus canitur pō
tifex seu sacerdos paratus
et sacris indumentis or
natus de sacra ede egreditur. ꝛ ad
altare accedit significans q̄ christ⁹
expectatio gentium carne sacrosan
cta assumpta. ex uirginis carne in
corrupta de secreto habitaculo ce
lorum egressus est in mundum. uel
de secreta ede. uidelicet de uirgi
nali utero egressus est. tanquam
sponsus de thalamo suo. ¶ Porro
episcopus siue sacerdos egrediens
procedit inter duos. uidelicet in
ter unum presbiterum et diaconum
quem antecedit subdiaconus euan
gelij codicem clausum gerens. Il
lum precedūt duo ceroferarij quos
etiam precedit ferens thuribulum
cum incensis. Demuz ep̄us uel sacer
dos ad altare perueniens mitrā depo
nit. cōfessionez dicit. codicez aperit.

et osculatur apertum. Sacerdos ita ꝗ seu episcopus illum magnum re presentat sacerdotē. scilicet christū de quo ait apostolus. Christus assi stens pontifex futurorum bonorū ⁊c. Sacerdos ⁊ leuita illum deducē tes legem ⁊ prophetiam designant secundū illud quod ipse dominus proposuit in parabola sauciati. q̇a sacerdos quidam descendit eadem uia ⁊ uiso illo preteriȷt. similiter ⁊ le uita. Moyses quoqꝫ ⁊ helias in figu ra legis et prophetie apparuerunt in monte cū christo loquentes. Sa cerdos ergo ⁊ leuita deducunt epi scopum. quia lex et prophetia chri stum ānuntiauerunt ⁊ promiserunt Unde moyses inquit. prophetā uo bis suscitabit deus de fratribus ue stris. ipsum tanꝗ me audietis. Itē ysaias. Ecce ueniet propheta mag nus. ⁊ ipse renouabit iherusalē. uel episcopus seu sacerdos inter duos existens significat christū inter duo testamenta. ipse enim a duobus te stamentis mundo per prophetas ⁊ apostolos predicatur. quia uero il le in mundum uenturus premisit ꝓ phetas sapientes et scribas. in lo cum scribarum premittit pontifex seu sacerdes subdiaconum portan tem scripturas. qui sapiens sit domi nica disponere uasa. Quandoqꝫ ue ro archidiaconus ⁊ sacerdos ponti ficem deducunt. quem immediate diaconus ⁊ subdiaconus antecedūt qui significant apostolos ⁊ discipu los quos christus misit ante faciem suam. ⁊ adhuc cottidie mittūtur p̄ dicatores ⁊ prelati ecclesie ꝑparare uiam domino spiritualiter ante faci em suam. Adhuc subdiaconus ante cedens significat Iohannē baptistā qui precessit in spiritu ⁊ uirtute he lie p̄parare domino plebem perfec tam. ⁊ fert ante pontificē codicem euāgeliȷ. q: Iohānes ante christum predicationem euangelicam inchoa uit dicens. Penitentiam agite appro pinquabit enim regnū celorū. Dia conus uero representat prophetas. q: ānuntiauerunt futurā ex euange lio uitam. Ceterum episcopus ideo sequitur euangelium. ad notandū ꝙ debet semper illud ⁊ intueri ⁊ in mente habere. ⁊ ante illum portat̄. quia per doctrinā euangeliȷ ad chri sti uitam uia preparatur. Potest eti am dici ꝙ per subdiaconū librum ferentem ⁊ per diaconum euangeliȷ preconem. sanctos noui testamenti per librum uero euangeliȷ nouū in telligimus testamentū. Per cerofera rios uero ⁊ thuriferarium. sanctos qui precesserunt nouū testamentū. ⁊ per duo candelabra cum cereis ar dentibus. legem ⁊ prophetiam que christum mundi lucem nuntiabant cōmemoramus. sine igne enim non debet sacrificari. ex̄ de cele. mis. c. fi. iuxta illud Leuit. vȷ. c. ignis in al tari meo semper ardebit. Quid lu men huius significet. et de candela bris dictum est in prima parte sub ti. de picturis. Cerei feruntur super candelabra q̄ fūdamentū designāt ut super fūdamentū luceat coram hominibus lux predicatorum. pul chre ergo candelabra diaconus. et subdiaconus ante euangelium pre cedunt. quia lex et prophete legem gratie precesserunt. In quibusdā ecclesiȷs sunt tres cerei. quorum me dius significat illum qui ait. Ubi cunqꝫ fuerint duo uel tres. ⁊c. In albis septem. quia gratia septi formi tota ecclesia illuminatur. de hoc aliter sub euangelio dicetur. Thurificarius uero ceroferarios et alios antecedit. ad notandū ꝙ thu ris significatio sanctis utriusqꝫ testa mēti cōmunis ē. per thuribulū aūt cor humanū cōpetent̄ notat̄ qd̄ de bet esse aptū supius ad suscipiendū

et clausum inferius ad retinendum
habens ignem caritatis et thus de
uotionis. siue suauissime orationis.
seu bonorum exemplorum sursum
tendentium. quod per fumum inde
resultantem notatur. sicut enim thus
in igne thuribuli suauiter redolet.
et sursum ascendit. ita opus bonum
uel oratio ex caritate ultra omnia
thimiamata fragrat. Adhuc thuri
bulum cum incenso corpus christi
suauitatis odore plenum carbones
spiritum. scilicet thus boni operis
odorem designant. de hoc etiam di
cetur in quinta parte sub titulo de
laudibus matutinis. et infra sub ti
tulo de thurificatione. ¶ Postquam
ad altare uentum est. cerei qui pre
cesserant postponuntur. ut ostenda
tur doctores fuisse ante natiuitatem
e post illuminantes. Candelabra ue
ro manibus per acolitos tenentur.
donec Kyrieleison incipiatur. ad no
tandum quod doctor opere debet exer
cere quod docet. quodque non debet
rudem populum deserere donec sci
at profiteri. domine miserere. Illo
uero incepto deponuntur quando
que in pauimento. tum quia post se
ta bona opera humiliare et esse pul
uerem recognoscere nos debemus.
tum quia doctores in bono opere
et in predicatione se terram esse cog
noscere debent. Sed cum officium
inchoatur subleuari debent. quia
quisque et precipue prelatus se erige
re per bona opera debet. ut ceteri
hoc uidentes glorificent patrem qui
in celis est. Adhuc pontifex ad alta
re perueniens deponit mitram. prout
dictum est in tertia parte sub titulo
de mitra. Deinde confessionem facit
Interea uero dum confessio fit sub
diaconus tenet librum euangeliorum
clausum ante faciem eius a parte si
nistra. Stat quidem ad sinistram. quoniam
ipse tenet in aliquibus locum prophe
tarum. quos sepe in ecclesia legit. te
net librum ante oculos pontificis. ut
ille iugem memoriam habeat euan
gelice predicationis. qui clausus te
netur. quoniam lex euangelica clausa
in prophetis mistice continetur. Con
fessione autem facta sacerdos librum
aperit et osculatur. prout sub titulo de
osculo altaris dicetur. ¶ Sane secundum
Inno. papam. iii. pontifex dum sta
tionalis solemnitas celebratur cum
sex ordinibus clericorum. de quibus
in prohemio secunde partis dictum
est. A sacrario siue a loco ubi se indu
it et parauit processionaliter progredi
tur ad altare. designans quod christus
exiuit a patre et uenit in mundum.
hic enim processionis ordo. genera
tionis christi seriem representat. quam
Matheus euangelista describit. In
qua sex inueniuntur ordines perso
narum. a quibus secundum carnem
christus originem traxit. et in mun
dum processit. uidelicet patriarche
prophete. reges. principes. pastores
et duces. abraham patriarcha. da
uid propheta. salomon rex. salmon
princeps. Judas pastor. zorobabel
dux. ¶ Duo diaconi pontificem
deducentes significant abraham et
Dauid. quibus incarnationis chri
sti facta est repromissio. nam illi re
promissum est. In semine tuo be
nedicentur omnes gentes. Isti ue
ro pollicitum est. De fructu uen
tris tui ponam super sedem tuam.
propter quod euangelista figurali
ter hos duos in generatione christi
premisit inquiens. Liber generatio
nis ihesu christi filii dauid filii ab
raham. Iste sunt due columne quas
uetus ille pontifex in uestibulo templi
posuit ante ostium. quas ambit funiculus
xii. cubitorum. i. quos fides. xii. apostolorum
amplectitur. de quorum medio christi osti
um credentibus aperitur. Quatuor sunt
ministri super pontificem mapulam

ferūt in sūmitatibus quatuor bacu
loruʒ colligataʒ. ⁊ inde ipsi minustri
manipularij nūcupantur. mapula il
la que diuersis figurata est ymagini
bus. sacram designat scripturam. q̄
multis ⁊ uarijs est insignita miste
rijs. Hec quatuor baculis super pō
tificem portatur extensa. quia sacra
scriptura quatuor modis sup christi
stum fertur exposita. uidelicet histo
rice. allegorice. anagogice. et tropo
logice. prout dictū est in prohemio
libri. Hic est fluuius paradisi qui q̄
tuor in capita diuisus progreditur.
hec est mensa ꝓpositionis que qua
tuor pedibus eleuata subsistit. Sup
pontificem ergo portatur extensa.
ut is uenisse monstretur quem lex
scripserat ⁊ prophete. nam ipsemet
christus incipiēs a moyse ⁊ prophe
tis interpretabatur in om̄ibus scri
pturis que de ipso erant. ꝓpter qḋ
alibi dicitur. Si crederetis moysi
etiam crederetis ⁊ mihi. de me enīʒ
ille scripsit. Quatuor ministri mapu
lam ferentes quatuor sunt euangeli
ste sacram scripturam declarantes.
⁊ fidem exaltantes. Hinc est ꝙ in sū
mitatibus baculorum eoruʒ ymagi
nes collocantur. ⁊ preferuntur duo
luminaria cum incenso. quia lex et
prophete cum psalmis christi pro
nuntiauerunt aduentuʒ. christo atte
stante qui ait. Necesse est impleri om
nia illa que in lege moysi ⁊ prophe
tis ⁊ psalmis de me scripta sunt. In
maioribus auteʒ solemnitatibus se
ptem candelabra coram pontifice
deferuntur. per illud quod ostendi
tur quod Ioh. in apoca. describit.
Conuersus inquit uidi septeʒ cande
labra aurea. ⁊ in medio illoruʒ simi
lem filio hominis uestitum podere.
ut ille per hoc aduenisse mōstretur
super queʒ requieuit spiritus gratie
septiformis. secundum illud ysa. ua
ticiniuʒ. Egredietur uirga de radice
yesse ⁊ flos de radice eius descēdet.
e. i. s. c. s. d. s. s. ⁊ in sp. con. ⁊ f. s. s. et
p. et. r. e. s. t. d. ⸿ In quibusdam
enim basilicis circa medium chori
manipulus stupe appenditur. cui
pontifex transiens ignem apponit.
ut in conspectu populi cito incine
retur. per hoc secundum aduentuʒ
commemorans. in quo christus ui
uos et mortuos ⁊ seculum per igneʒ
iudicabit. Nam ignis in conspectu
eius semper ardebit. et in circuitu
eius tempestas ualida. ne uidelicet
quis male securus existat. quoniam
qui in primo aduentu blanditur.
per secundum exterret. qui enim iu
dicandus uenit in primo. iudicatu
rus ueniet in secundo. ⸿ Hoc etiaʒ
fit ut pontifex igneʒ apponens con
sideret ꝙ ipse debet in cinerem redi
gi. et ornatus eius in fauillaʒ conuer
ti. et ꝙ quemadmoduʒ stupa facile
comburitur. sic etiam facile ⁊ qua
si in momento presens transit mun
dus. ⁊ concupiscentia eius. quia se
cundum Iacobum apostolum uita
nostra uapor est. ⁊ ad modicum pa
rens. ne forte qui gloriosus incedit
in temporali gloria delectetur. nam
omnis caro fenum. ⁊ omnis gloria
eius quasi flos agri. cum auteʒ iam
pontifex appropiquat altari. primo
terius stole cantorum accedens dex
terum ipsius humerum coram astā
tibus osculatur. quia cum christus
nasceretur in mūdo. angelus ille cuʒ
quo facta est celestis militie multi
tudo laudantium deum. natiuita
tem eius pastoribus patefecit. de
quo dicit propheta. Puer natus est
nobis et filius datus est nobis. et
factus est principatus super hume
rum eius. ⁊c. ⸿ porro tres sacer
dotes qui pontifici uenienti coram
altare reuerenter occurrūt ⁊ inclinā
tes os eius osculātur ⁊ pectus. signi
ficātes illos tres magos q̇ uenerunt

ſherosolimez dicētes. ubi eſt qui nа
tus eſt rex iudeorum. ⁊ procidentes
adorauerunt eum. ⁊ q; apertis the.
ſu.o.e.m.a.t. ⁊ mirrā. per geminū q
dem osculum geminaz in christo cō
fitentur naturam. diuinam ſcilicz et
humanam. diuinam quaſi latentem
in pectore. humanaz quaſi patentez
in ore. quas etiā per oblata munera
magi miſtice figurarunt. Oſculum
enim ſignū eſt reuerentie. prout ſub
titulo de pacis oſculo dicetur.
Diſponitur autem iſta proceſſio ue
lut caſtrorū acies ordinata. naz ma
iores ⁊ fortiores quaſi cuſtodes ex
ercitus preueniunt ⁊ ſequuntur. mi
nores autez quaſi debiliores in me
dio colliguntur. precedunt eniz epi
ſcopi ⁊ preſbiteri ſubſequuntur. pō
tifex ⁊ diaconi in medio colligūtur
ſubdiaconi ⁊ acoliti. cantores uero
quaſi tubicines exercitum precedūt
ut euz ad prelia contra demones ex-
citent ⁊ inuitent. de quo prelio apo
ſtolus dicit. Non eſt nobis collucta
tio aduerſus carnem ⁊ ſanguinē. ſed
aduerſus ſpiritualia nequitie in cele
ſtibus. Unde buccinate in neomenia
tuba in die in ſignis ſolēnitatis uſe
¶ Premiſimus de ꝓceſſione ſummi
pontificis. inde etiam occaſione ſūp
ta ⁊ de aliis proceſſionib⁹ aliquid
ſubiciamus. ¶ Circa quod genera
liter notandū eſt. ꝙ ſicut in miſſa le
gatio chriſti pro nobis in munduz
figuratur. ⁊ in proceſſionibus nr̄is
reuerſio noſtra ad patriam noſtraz
denotatur. quarum ſolēnitas egreſ
ſum populi de egipto pene in omni
bus imitatur. Sicut enim populus
ille per moyſen ereptus eſt de ma
nibus pharaonis. ſic populus dei li
beratur per chriſtum de ore leonis
Et ſicut tabule teſtamenti de mōte
ſynai accepte ſunt a moyſe. ⁊ coram
populo portate. Exo. xxxiiii. ⁊. xxxv.
c. ſic liber euangelii ſumitur de alta
ri ⁊ portatur. Illos uero colūna ig
nis precedebat. ⁊ nos lumen cande
le precedit. ante turmas illorum ſig
na ferebantur. ⁊ ante nos cruces et
uexilla portantur. Ibi prodigia fie
bant. ⁊ apud nos miracula nō ceſſāt
Illic leuite tabernaculū federis porta
bant. ⁊ noſtri diacones ⁊ ſubdiaco
nes planaria ⁊ capſas ferunt. Ibi ar
cha domini a ſacerdotib⁹ portaba
tur. ⁊ apud nos ſcrinium aut feretrū
cum reliquiis et preſbiteris depor
tatur. Apud illos aaron ſummus ſa
cerdos ſequebatur ornatus. ⁊ apud
nos epiſcopus infulatus. Apud eos
moyſes cum uirga. apud nos rex cū
ſceptro. uel epiſcopus cum cambu
ca. Ibi clangor tubarum. hic ſtrepi
tus campanaruz. Ibi populus arma
tur. hic clerus ſacris ueſtibus. ⁊ po
pulus uirtutibus adornat̄. Ibi po
pulus aſpgebatur ſanguine. hic aq
benedicta cuz ſale. Illis obuiat ama
lech ſanguinez ſitiens. nobis turma
demonum noſtre uite ſemper inſi
dians. Illis ſuus Ioſue uictor exti
tit. ⁊ noſter ihesus nobis uictoriam
obtinuit. Cum autem ad aliquaz ec
cleſiaz ꝓceſſionaliter tendimus. tūc
quaſi ad terraz promiſſionis accedi
mus. Cum uero eccleſiam cantantes
intramus. quaſi gaudentes ad patri
am peruenimus. Cum circa eccleſiaz
feretrum cum campanaruz pulſatio
ne portamus. quaſi cum archa cuz
ſono tubaruz ⁊ cum clangore popu
li iericho circuimus. Iericho corru
it ut deſtruitur. cum in nobis con
cupiſcentia uincitur. Cum uero de
choro ad aliquod altare imus. ibiq;
ſtationem facimus. ſignificat ꝙ ani
me ad chriſtum tendent ⁊ conuenēt
in conſortiis angelorum. ¶ Secun
do etiam dauid ⁊ ſalomon nos ad
proceſſiones informauerunt. cuz da
uid archam dei in tabernaculum. ⁊
ſalomon in templum cum ymnis et

canticis portauerunt ⁊ sub alis che
rubin locauerunt. Sic christi huma
nitas ascendens celum ingreditur. ⁊
ab angelis perhenniter adoratur.
quem fidelis anima comitatur.
Tertio etiam in processionibus me
moramus ꝙ christus de sinu patris
uenit in mundum. de presepe ad tē
plum ⁊ de bethania in iherusalem.
⁊ de iherusalem in montem. optātes
ut de mundo reuertamur ad patriā
⁊ de una ecclesia ad aliam. scilicet de
militante ad triumphantem. sequē
tes crucem. id est uestigia crucifixi.
⁊ nos uicija ⁊ concupiscentija cruci
figentes. sequentes etiā uestigia san
ctorum precepta euangeliorum. et
induite uestes sacras. scilicet loricaz
iusticie. cingulum continentie. scutū
fidei. ⁊ galeam salutis eterne. Dein
de sacerdos celebraturus quasi con
tra spiritualia nequitie in celestibus
pugnaturus sacris uestibus quasi
armis induitur. prout dictum est in
prohemio tertie partis. ¶ In non
nullis autez ecclesiis sic processio or
dinatur. precedunt nanqꝫ septem
acoliti cum luminarijs. significantes
omnes qui per septiformem spiritꝰ
sancti gratiam lumen scientie fideli
bus ministrauerunt. Illos sequunt
septem subdiaconi cum planarijs.
significantes illos qui per eandem
gratiam plenitudinez diuinitatis in
christo habitam corporaliter docu
erunt. ⁊ post eos septem diaconi re
presentantes uniuersaliter omnes q̂
per eandem gratiam spiritualem in
telligentiam. uidelicet euangelicam
de christo habuerunt. Et post eos
duodecim priores. significātes om
nes qui fide sancte trinitatis. uel tri
um uel quatuor uirtutum operibus
choruscant. quos comitantur tres
acoliti cum thuribulis ⁊ incenso. sig
nificantes tres magos qui christo
munera obtulerunt. Deinde sequit
unus subdiacons codicez euangelij
baiulans. qui significat legem. qui
ideo pontificem precedit. quia lex
continens in se passionis euangelicū
sacramentum precessit christi aduē
tum. ⁊ portat illum clausum. ad no
tandum quod illud in lege fuit ob
scurum. priusqꝫ agnus septimi libri
singula aperiret. Deinde pontifex a
duobus quasi in curru uehitur. quē
turba comitatur orando. in quo de
signatur ꝙ populus sequitur chri
stum in celum. In quo comitatu de
cem sunt ordines. scilicet hostiarij.
lectores. exorciste. acoliti. subdiaco
ni. diaconi. presbiteri. cantores. laici
mares. ⁊ mulieres. quia currus dei
decem milibus multiplex milibus
dicitur. ad insinuandum eorum per
fectionem. sed diaconos sudiaconos
⁊ acolitos presertim secum paratos
adducunt. iuxta illud. Ecce ego mit
to ad uos prophetas sapientes et
scribas. prophete sunt diaconi. sapi
entes subdiaconi. scribe acoliti. His
siquidez christi uicarius ⁊ ipse chri
stus in publicum deducitur. in mo
dum adolescentularum timpanistā
rum. Eum autem productum canto
res ⁊ duo chori suscipiunt gratulan
do. cantantes introituz cum gloria
in excelsis. Nempe cantores siue cle
rici in albis exultantes angeli sunt
qui christum ascendentem cum glo
ria ⁊ laudibus in altissimis excepe
runt. ¶ Duo chori qui laudes con
cinunt sunt duo populi. iudaicus ui
delicz ⁊ gentilis. qui christo uenien
ti ad eum laudibus occurrunt. Ipsa
uero processio est uia ad celestez pa
triam. Aqua benedicta precedens
mundicia uite est. Luminaria mise
ricordie opera. iuxta illō. Sint lum
bi uestri precincti. ⁊ lucerne ardētes
in manibus uestris ⁊c. siquidez pō
tifex seu sacerdos quasi medius col
locat inter cleruz ⁊ crucē pcedentez

⁊ populum subsequentem tanquaʒ mediator dei hominum uices gerẽs Propterea maiores in choro ⁊ in ꝓ cessione posteriores sunt. quia salus fit descendenti. Unde zacheus prin ceps publicanorũ. q̇a pusillus erat cum ascendisset sicomoruʒ. ut uide ret ihesum transeunteʒ. ait ei ihesus zachee descende quia hodie oportʒ me manere ĩ domo tua. at ille descẽ dit ⁊ accepit illum gaudens ĩ domũ suam. Iudei uero in sublimi stantes erant ⁊ maiores eorum ꝑmas cathe dras in sinagogis habent. ¶ Crux ergo quasi r̃egale uexillũ ⁊ triũphale signum in ꝓcessionibus premittit̃. Primo ut fugiant qui oderunt eum a facie eius. est enim signum uictorie christi. iuxta illud. Uexilla regis ꝓ deunt ⁊c̃. quo demones uicti sunt. unde illo uiso timent ⁊ fugiũt. ⁊ ꝓp ter hoc in quibusdam locis tempe statibus aeris opponitur ut demões fugiant et ab aeris concitatione de sistant. Nempe sãcte crucis misteriũ est nostrum signum ⁊ uexillum unď Isa. .xj. Stat in signum populorum ipsum gentes deprecabunt ⁊ erit se pulchrum eius gloriosum. Secũdo crucis uexillum premittitur. quia si cut ait apostolus ad Galatas. absit nobis gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi per quẽ mũdus nobis ⁊ nos in mundo crucifigi de bemus. de hoc etiam sub ti. de euã gelio dicetur. Quãdoqꜫ etiã uexilla premittũtur ut dicetur in sexta ꝑte sub ti. de rogationibus. ¶ Sane ut premissum est dum fit processio cã pane pulsantur naʒ sicut rex terren' in exercitu suo regali habet insignia s. tubas ⁊ uexillas sic ⁊ rex eternus christus in ecclesiis suis militanti cã panas pro tubis ⁊ cruces ꝓ uexillis habet. ď quo in parte prima sub ti. de campanis dictum est. Adhuc cã panarum strepitus ꝓphetas q̇ xp̄i prenuntiauerunt aduentum figurat panni ⁊ alia substernuntur in loco unde transire ⁊ ad cantandum pro cessio stare debet. iuxta illud Tho bie penul. platee tue sternentur au ro mundo ⁊ candido. ⁊ in uijs eius cantabitur alleluia. ¶ Illud autem sciendum est ꝙ quatuor sunt solem nes processiones. scilicet in purifica tõne beate uirginis marie. In ramis palmarum. In pascha. de quibus in suis locis dicetur. et quarta que fit in ascensione domini. ad representa tionẽ illius ultime processionis quã discipuli post dominum in die ascẽ sionis eius in celuʒ fecerunt. uenien tes simul cum eo in montem oliueti Unde assumptus est uidentibus il lis. in cuius processionis representa tioneʒ, fit processio in dominicis di ebus. ¶ Sciendum est enim ꝙ pri mitiua ecclesia obseruat diem domi nicam solemneʒ ut ⁊ modo. ⁊ fiebat in ea processio in memoriam resur rectionis. ⁊ obseruabat etiam quin tam feriam. ⁊ fiebat in ea processio in memoriam dominice ascensionis sed multiplicatis sanctorum solem nitatibus sublata est solemnitas q̇n te ferie. ⁊ eius processio per agapitũ papam in dominicam translata est. ut a populo tunc ad ecclesiam ueniẽ te simul ⁊ solemniter ualeãt celebra ri. et propter hoc dies iouis dicitur uulgariter cognata diei dominice. quia uidelicet antiquitus par solem nitas fuit utriqꜫ. In diebus igitur dominicis processionem facientes resurrectionem dominicam memo ramus. et processionem per discipu los post dominum factam represen tamus. non ꝙ illi eam in dominica die fecerint. ut premissum est.

¶ Nempe egrediendo ecclesiam et re grediendo ad eam quasi de iheru salem redimus ad iherusalem. pro ut illi fecerunt. et sequimur crucem

sicut illi crucifixum. Et licet illi sine
ihesu redierunt. nos tamen cum cru
ce redimus. pro eo qꝫ ipse dixit. Uo
biscum sum usqꝫ ad consumatio
nem seculi. que processio anteqꝫ ter
tia dicatur facienda est. prout in sex
ta parte sub ascensione dicetur.
Non est etiam pretermittendum qꝫ
in dominicalibus processionibus de
nouo dumtaxat testamento cantare
et uirginem salutare. et aliquid quod
ad eius laudem proprie pertineat
cantare debemus. ex quo etiam con
suetudo inoleuit ut in claustris ora
torium uirginis construatur. quam
in statione prima ex pristina consue
tudine salutamus. licꝫ enim dicatur
qꝫ christus resurgens prius magda
lene apparuit. uerius tamen creditur
qꝫ matri sue ante omnes apparuerit
sed ad euangelistas hoc dicere non
pertinuit. quoruꝫ officiū fuit testes
resurrectionis inducere. nec decuit
ad testificandum pro filio matrem
inducere. Si enim uerba extranearū
feminarum uisa sunt incredulis deli
ramenta. quomodo non magis ma
trem pro filij amore crederent deli
rasse. et sic romana sentire uidetur
ecclesia. que in prima die post resur
rectioneꝫ scilicet in pascha apud be
atam mariam maiorem celebrat sta
tionem. quasi preponens iherusaleꝫ
id est uirginem que uidit pacem p̄
alijs in principio leticie sue. quocir
ca sicut prima die ad misericordiaꝫ
suam apud sanctam mariam maio
rem precurrimus. sic et ad eius ho
norem in dominicalibus processio
nibus prima statō deputatur. ut eā
laudibus extollentes. et ad eius ora
torium festinantes. cum sponso dice
re uideamur. Uadam ad montem
mirre et ad collem thuris. mons qui
dem est ipsa beata uirgo ad quam
filius resurgens uadit apparendo
et nos adorando. Postremo no
tandum est qꝫ in quibusdam eccle
sijs post processionem omnes cleri
ci ante crucifixum ueniunt inclinan
tes illi et dicentes. Aue rex noster
benedictus. sed et qui pluuialia aut
alias solemnes uestes portarunt. an
te altare illas deponunt. Primo ad
representandum qꝫ filij hebreorum
sternebant uestimenta sua in uia an
te christum in processione sibi ihe
rusalem uenienti facta. Secundo ad
ostendendum qꝫ diuino uacaturi of
ficio omnia mundana a mentibus
abicere debent.

¶ De confessione ḡnali.

Sacerdos uel episco
pus gradus altaris ascen
dat. et anteqꝫ sacrum ordi
natur officium. ad seipsum reuertēs
inclinat se ante altare. significat chri
sti exinanitionem qui inclinauit ce
los et descendit. cum se formam ser
ui accipiens exinaniuit. et cōsiderās
qꝫ sicut dicit Salomon. Justus in
principio sermonis accusator est sui
considerans etiaꝫ de illa prophetia
consolatione. Dixi confitebor et tu
re. etc. de peniten. di. i. dixi. de pecca
tis suis cum astantibus generaliter
psalmum illum premittens. ex insti
tutōne Celestini pape primi. rite ad
hoc conuenientem. Judica me deus
etc. ut discretus a gente non sancta
et ab homine liberatus iniquo. ad
altare dei dignus introeat. petit enī
liberari a temptatione. et illumina
ri a gratia. ut patet in ipso psalmo
petit etiam a deo ut det ei qꝫ offerat
scilicet filium suum. quem nisi ei da
ret prout abrahe dedit. non habe
ret quid offerret. Fit ergo confessio
ut purior sit et sine macula ingredi
atur. In qua notandum est quia nō
ut quidam minus prouide faciunt
in spetie ne cauterisentur cōscientie

auditorum . sed in genere confiten
da sunt peccata . quoniam ista con
fessio non est occulta sed manifesta.
¶ Et nota ꝙ cum in templo Salo
monis dedicato sacerdotes dicerēt
Confitemini domino quoniam bo
nus. qm̄ in seculuȝ misericordia ei⁹.
Nebula impleuit domum domini
⁊ obumbrauit facies sacerdotuȝ. ita
ꝙ se inuicem uidere non poterant.
⁊ ait Salomō. dixit dominus ꝙ ha
bitaret in nebula. dixit id est opere
demonstrauit . quoniam in monte
synai apparuit in nebula. israhel in
nube precessit. ⁊ ante moysen in ca
uerna positum transiuit in nebula.
¶ Percutimus autem pectus cum
peccata confitemur. exemplo publi
cani qui pectus suum percutiebat
dicens. Domine propitius esto mi
hi peccatori . In tonsione quidem
pectoris tria sunt. ictus. sonus. ⁊ ta
ctus. per que significantur tria que
sunt in uera penitentia necessaria. ui
delicet. cordis contritio. oris confes
sio. ⁊ operis satisfactio . quia in tri
bus peccamus. scilicet. corde. ore. et
opere . ¶ Deinde pro circumstanti
bus orat. indulgentiam peccatoruȝ
implorans. nam christus de secreto
patris in mundum ueniens , et de
utero uirginali procedens. patribus
suspiria multiplicātibus. pro nobis
passurus iherusaleȝ introiuit. in mor
tem se inclinauit. causam suam con
tra hominem dolosum ⁊ iniquum
deo cōmittens. et patri confessioneȝ
fecit dicens . Confitebor tibi pater
celi ⁊c. ipse quoqȝ nobis indulgens
ꝓprio corpore peccata nostra por
tauit . ¶ Bene pontifici facturo cō
fessionem subdiaconus manipulum
coram altari immittit. primo ad no
tandum ꝙ concessa temporalia ꝑ
manum alienam. puta subdiaconi
uel alterius . et non per propriam
recipere et administrare debet. Se
cundo ad designandum ꝙ non suf
ficit oris confessio. nisi et boni ope
ris fructus per manipulum signifi
catus sequatur. Tertio ut uidens se
inferioris misterij ornamento orna
ri . animo humilietur . ¶ Rursus
ideo pontifex post acceptam casu
lam et non ante manipulum recipit
quia christus cuius typum gerit nō
prius manipulos operum qui per
manipulum ipsum designantur ob
tulit. quam celestem haberet con
uersationem. que per casulam figu
ratur. prout in parte tertia sub dal
matica dictum est . ¶ Sacerdos ue
ro econtra ante indutam casulam
manipulum sumit. quoniam celestē
conuersationem adipisci nequit. ni
si prius sanctorum operum manipu
los portet . ¶ Ad hoc pōtifex post
ꝙ̄ ad altare peruenit manipulum re
cipit . ad notandum ꝙ tunc demū
bonorum operum effectiuuȝ premi
um percipiemus . cum ad eterni tri
bunal iudicis perueniemus . ¶ Sa
cerdos autem dum facit confessio
nem et etiaȝ sepe in misse, officio ma
nus iungit . que manuum iunctio
nes deuotionem significant. ⁊ quia
illa in aliquo est maior . ⁊ in aliquo
est minor. ideo certus manuum iun
ctionum non est numerus determi
natus . ¶ Rursus sacerdotis manu
um iunctio significat omniuȝ bono
rum a deo fluentium in ipso unita
tem ⁊ coniunctionem. et quia infini
ta bona infinitis ⁊ indeterminatis
modis possunt a deo procedere. iō
manuum iunctionis sacerdotis nu
merus determinatus non est . Incli
nationes uero sacerdotis in officio
misse secundum morem quarūdam
ecclesiarum sub certo numero pre
stringuntur . quoniam regulariter
octo uicibus profunde coram alta
ri. et tredecim uicibus mediocriter
super altare inclinat . octo ꝓfundas

inclinationes ante altare facit. ad referendas gratias ipsi christo de octo principalibus que egit ante suaꝫ immolationem. quam sacerdos in officio figurat altaris. Primum fuit admirabilis incarnatio. Secundum fuit discipulorum gratuita uocatio Tertium demonis in temptationibꝰ superatio. Quartum miraculorum operatio. Quintum infirmorum sanatio. Sextum mortuoruꝫ resuscitatio. Septimum omnium questionū ei ꝑpositarum per suam sapientiaꝫ determinatio. Octauuꝫ salutaris populorum instructio. ⁊ quecūqꝫ ante suu imolationem egit ad hec octo secundum Bernardū reduci uidentur ¶ Tredecim uero inclinatōnes mediocrit facit super altare. quia christus tredecim fecit in ara crucis. sumēdo aram crucis pro toto tempore sue passionis. quod incepit in hora captionis. Primum fuit iude proditoris discreta redargutio dicens. Juda osculo filium hominis trades Secundum fuit ipsius captionis sui prebitio dicens eis. Quem queritis qui responderunt. ihesum nazarenū quibus respondit. ego sum. Tertiuꝫ falsis testibus et regibus mansueta responsio. Quartum sputoruꝫ ⁊ uerboruꝫ sine murmuratione tolleratō Quintuꝫ in his que uidit ⁊ audiuit nulla sibi uel aliis data perturbatio Sextum discipuli cum ter negantis culpe condonatio. Alia uero septeꝫ enumerat ambrosius ab eo in ligno crucis facta dicens ¶ Actor pietatis in cruce pendens officia diuidebat. persecutionem apostolis. paceꝫ discipulis. corpus iudeis. spiritū patri. paranimphum uirgini. paradisum latroni. et infernum peccatori Oscula quoqꝫ sub certo numero fiunt. prout dicetur in quarta particula canonis.

¶ De incenso benedicendo. et in thuribulum mittendo Rica.

Post factam confessionem et datam absolutionem. pontifex uel sacerdos priusquaꝫ dicat. Deus tu cōuersus ⁊c. incensum cum benedictione in thuribulo apponit. representans ꝙ legalis sacerdos ferens sanguinem ⁊ carbones cum tymiamate in thuribulo orans ponebat. donec fumus eum obumbraret. ꝑut dictum est in prohemio huius partis. Per hoc etiam illud insinuans ꝙ angelus uenit et ante altare stetit. habens thuribulum aureum in manu sua. quod impleuit de igne altaris. ⁊ data sunt ei incensa multa. ut daret de orationibus sanctorum. ¶ Sane angelus ē christus. thuribulum aureū corpus immaculatum. altare ecclesia. ignis caritas. incensum oratio. secundum illud propheticuꝫ. Dirigatur oratō mea si. incē. in con. t. Uenit ergo angelus id est christus. qui stetit ante altare. id est in cōspectu ecclesie. habens thuribulum aureum. id ē corpus imaculatum. plenum igne. id ē caritate. ⁊ data sunt ei scilicet a fidelibus. incensa multa. id est oratiōes ut daret. id est representaret eas patri. de orationibus sanctorum. Et nota quia non dicit orationes. christus enim non omnes oratiōes exaudit. sed dicit de orationibus. ō illis uidelicet que pertinent ad salutem. Unde cum paulus ter dominuꝫ rogasset ut ab eo stimulum carnis auferret. respondit ei dominus. sufficit tibi gratia mea. nam uirtus in ī firmitate ꝑficitur. Episcopus ergo uel sacerdos thus in thuribulo apponit. quia christus oratōnes inspirat in animo. ut per ipsam offerat incensum in odorem suauitatis. sacerdos aūt minister incensū repñtat

episcopo . uel diaconus sacerdoti.
quia lex illud pretiosum thimiama
confecit. quod in odorez suauitatis
altissimo offerret. de quo dominus
subdit in Exo. xxx. c. Talem confec
tionem non facietis in usus uestros
quia sanctum est domino. ⁊ homo
quicūqꝫ fecerit simile ut odore illi⁹
perfruatur. peribit de populis suis
Et ex hoc uerbo fuerunt qui dice
rent. ꝙ si oblato thure ⁊ benedictō
super altare thuribulum ascendat
ab altari ad clericos uel laicos. tunc
aliud ibi thus sine benedictione ap
ponendum est. ⁊ omnibus tam cle
ricis qꝫ laicis offerendum. tanqꝫ illō
spectat ad latriam. istud ad duliam
melius tamen secundum spirituz qꝫ
secundum litteram intelligitur. naz
littera occidit. spiritus uiuificat. et
propter premissam etiam causam o
dor thuris benedicti non datur in
ecclesia sponso ⁊ sponse. Per concre
mationem uel consecrationem uero
thuris significatur ꝙ sacerdos ora
tionem feruentem ⁊ deuotam debz
habere. Thus enim uirtutem habz
ascendendi ex fumi leuitate. consoli
dandi ex sui qualitate. constringen
di ex glutinitate. confortandi ex aro
maticitate. sic oratio ascendit in dei
memoriam. animam consolidat q̄n
tum ad culpam preteritaz impetrā
do medelam. ⁊ constringit quo ad
cōmittendi licentiam. cōfortat quo
ad presentem impetrando tutelam.
de quo etiam dictum est sub titulo
de thurificatione. ¶ Nauicula ue
ro in qua incensum reponitur desig
nat ꝙ per orationem quam incensū
significat de huius mundi mari ma
gno ⁊ spatioso ad celestem patriaz
satagimus nauigare. Unde in prou.
Facta est quasi nauis institoris por
tans de longe panem suum. Potest
etiam dici ꝙ per thuribulum cor
hominis. per ignem feruor deuoti
onis. per incensum orationes. per
nauiculam ecclesia. in qua deuote
orationes offeruntur. que per ange
lum ad deum perferuntur signatur.
¶ Uascula quibus ignis recipitur
sunt filij qui corda patrum pietate
fluentia imitantur. et flammam ce
lestis sacrificij quam in proximorū
mentibus aspiciunt. in suis accende
re satagunt. ¶ Instrumenta uero
quibus ignis ad altare portatur.
sunt predicatores qui exemplis san
ctorum caritatis ignem portant. ⁊
in corda fidelium transferunt. que
corda patrum in filios conuertunt.
¶ Thuribulum autem quid signi
ficet. dicetur sub titulo de thurifi
catione.

¶ De osculo altaris et libri Rica.

POst immissum in thuribu
lo incensum sacerdos seu
episcopus dicto. deus tu
conuersus ⁊c. sacrum osculatur alta
re. ut notetur pacificatio cum iude
is. ⁊ ad designanduz ꝙ christus ad
nos ueniens sanctam sibi copulauit
ecclesiam. iuxta illud epitalamicū.
Osculetur me osculo oris sui. In os
culo siquidem os ori coniungitur.
⁊ in christo non solum humanitas ē
unita diuinitati. uerum etiam spon
sa copulata est sponso. iuxta illud ꝓ
pheticum ¶ Quasi sponsam decora
uit me corona. ⁊ quasi sponsam or
nauit me monilibus. ¶ Rursus q̄n
prophetalis uersus introitus a can
tore incipitur. sacerdos ad altare
ascendens illud osculatur. quia ꝓ
phetarum testimonio christus ue
nit in mundum ¶ et ad passionem
altaris. Quotiens autem in officio
misse osculetur altare. et in qua par
te eius oscula fiant. et quare mani
bus super illud depositis. ⁊ quare
signo crucis ī locis osculādis prius

impresso. dicetur sub quarta parti cula canonis. In hoc autem loco al tare significat populum iudaicum. Codex uero euangelij siue euange lium populum gentilem. qui per euangelium credidit. Ideo ergo epi scopus uel sacerdos euangelium et altare osculatur. quia christus utrisque dat pacem. quando lapis angularis factus fecit utraque unum. ¶ Potest etiam dici quod subdiaconus librum euangelij qui clausus portabatur of fert episcopo uel sacerdoti. Ille ue ro ad altare perueniens illum ape rit. ad insinuandum illud quod in apoca. describitur. Quia nemo dignus est aperire librum qui intus erat scri ptus. et foris sigillis septem signatus nisi leo de tribu iuda clauis dauid qui librum aperuit. et septem eius signacula soluit. per altare uero ec clesie signatur. iuxta illud Exo. Si altare lapideum feceris mihi. non edi ficabis illud de sectis lapidibus. per sectionem lapidum in altari diuisio nem fidelium reprobat ecclesia. ne uidelicet per errores et scismata di uidatur. Liber ergo aperitur cum episcopus ad altare peruenit. quo niam ubi christus primitiuam apo stolorum congregauit ecclesiam do cens et predicans scripture misteria reuelauit dicens. Uobis datum est nosse misterium regni dei. ceteris au tem in parabolis. Unde post resur rectionem aperuit illis sensum ut in telligerent scripturas. Recte igitur facit episcopus cum ipsemet aperit librum euangeliorum. licet et chri stus per ministros suos patefecerit misteria scripturarum. Libro uero aperto illum osculatur a parte sini stra. ad designandum quod predicato res reconciliauerunt et obtulerunt gen tes christo. quibus ipse per se non predicauit. licet et ipse per se pacem in euangelio predicauerit dicens.

pacem meam do uobis etc. Quia uero ipse etiam in cruce pendens pa cem fecit. ideo mox transiturus ad dextrum cornu altaris signat se sig no crucis. quia ait apostolus ad ephe sios. Christus pax nostra utraque fe cit unum. duos et diuersos parietes id est populos copulans. Post hoc codex euangelij super altare clau sus ponitur. quod quantum ad hoc significat iherusalem. prout sub euan gelio dicetur. ¶ Deinde romanus pontifex et etiam alij quidam conuer sus osculatur diaconum. ut ostendat pacem illam in aduentu christi ue nisse quam prophete promiserant. unde dauid. Orietur in diebus eius iusticia. et habundantia pacis do nec au. l. et alius propheta. pax erit in terra nostra cum uenerit. et ideo christo nascente uox intonuit ange lorum. et in ter. p. ho. bo. uo. Osculum enim quandoque pacem significat. p ut dicetur sub titulo de osculo pa cis. Diaconus uero statim se incli nans osculatur pectus eius ¶ desig nans quod inspiratione diuina prophe te pacem predixere futuram. Nam et Johannes super pectus domini re cumbens euangelij fluenta de ipso sacro dominici pectoris fonte pota uit. xciij. di. legimus. ¶ In nonnul lis uero ecclesijs episcopus primum osculatur ministros. postea altare. deinde euangelium. quoniam chri stus primum reconciliauit sibi apo stolos. postea iudeos. deinde genti les. ¶ In quibusdam etiam locis offert osculum pacis cantoribus. quasi retrorsum implens illud. pa cem meam do uobis pa. re. uo. Dat quidem presentibus. relinquit absen tibus. nec ante osculum pacis canto res dicunt gloria patri. quia fides trinitatis non ante claruit quam se do minus inclinauit. et nos reconcilia uit. Et trinitatem per apostolos

predicari mandauit. et ideo osculo
dato episcopus innuit eis ut dicant
Gloria.p.et fi.et.s.s. si.e. in prin.
Ecce quid cantor ānunciat.s.ꝙ cor
da patrum conuertantur in filios.
Abraham autem tres uidit et unuz
adorauit. Sic oportet nos filios ei⁹
credere trinitatem in unitate. Post
datam ergo pacem cantor dat sanc
te trinitati gloriam.q.d. referimus
gloriam deo patri ⁊ filio ⁊.s.s. quia
pacem quam prophetauit per sanc
tos suos prophetas nobis in nouis
simis temporibus dignatus est ostē
dere. quando uero dicit. sicut erat i
princi. diaconi ad altare procedunt
et iterum reuertuntur ad episcopuz
in quo figuratur ꝙ ideo apostoli se
morti tradiderunt. ut christi cor
pori adunarentur. prius autez stete
runt cum episcopo ante altare incli
nati. sed cum uersus ipse incipitur
se erigunt. quia chorus sanctorum
martirum ante nouissimam tribula
tionem in conualle lachrimaruz ma
net. postea uero martirio coronati
erecti stabunt liberati ⁊ securi ante
dominum semper. Osculo autez da
to rursus diaconi cū pontifice orāt
quasi dicāt. Domine doce nos ora
re. In quibusdam etiam ecclesijs di
aconi bini et bini latera altaris altrī
secus siue alternatim osculantur. eo
ꝙ dominus apostolos binos misit
ad predicanduz dicens eis. In quā
cunqꝫ domum intraueritis dicite.
pax huic domui. qui reuersi sunt
ad christum sicut diacones reuertā
tur ad episcopum.

De thurificatione Rica:

Post datum osculum epi
scopus seu sacerdos acci
piēs de manu diaconi thu
ribuluz sacrum incensat altare. quia
christus corpus assumēs de genere
prophetarum factus ex semine da
uid secundum carnem. suis orationi
bus fouet ecclesiam. secunduz quod
orat in euangelio. Pater sancte ego
pro eis rogo. ⁊ non pro eis tantum
sed pro illis qui credituri sunt per
uerbum eorum. Qz autem diacon⁹
postea thuribulum accipit ut incen
set episcopum uel sacerdotez. mora
liter instruit ꝙ si digne uolumus in
censum orationis offerre. thuribulū
incarnationis debemus tenere. nam
sine fide mediatoris homines deo
placere nō possunt. sed iuxta uerbuz
promissionis ipsius. si quid petierit
in oratione credentes accipient. per
thuribulum enim uerbum accipitur
incarnatum. nam sicut in thuribulo
pars superior ⁊ inferior trib⁹ cathe
nulis uniuntur. ita in christo tres
sunt uniones quibus diuinitas et
humanitas uniūtur. unio carnis ad
animam. unio diuinitatis ad carnez
⁊ unio diuinitatis ad animam. Qui
dam enim quartam unionem assig
nant. uidelicet diuinitatis ad cōpo
situm simul ex anima ⁊ carne. Unde
⁊ quedam thuribula quatuor cathe
nulas habent. de hoc etiaz thuribu
lo moyses inquit spetialiť ad aarō
Tolle thuribuluz de hausto igne de
altari mitte incensum desuper. Est
et alia in thuribulo consideratio. ꝑ
ut in titulo de access. pon. ad al. tac
tum est. Rursus igitur thurifica
to altari. episcopus uł sacerdos thu
rificatur. ad significandum ꝙ sicut
christus est altare ⁊ hostia. sic est
pontifex et sacerdos. cui est oratio
nis sacrificium offerendum. Quia
uero adoratur non solum inquantū
deus. sed etiam inquantum homo.
et ideo in quibusdam ecclesijs pon
tifice thurificato. altare a diacono
circum circa thurificatur. Unde ps.
Circūdabo altare tuum domie.
Sane thuribulum autem significat

sapientiam. quia omnes thesauri sapientie et scientie dei in ea fuerunt absconditi. Unde stetit angelus iuxta altare ha. tbu. au. in ma. sua. id est christus resurgens carnem habuit in potestate. Argenteus significat christi carnem ab omni labe mundaz et mundicia renitentem. Cupreum fragilem et mortalem. ferreum resurgentis fortitudinem. si quatuor habet cathenulas demonstrat eam ex quatuor elementis constare. uel quatuor uirtutibus. scilicet iusticia. prudentia. fortitudine. et temperantia decorari. Quinta que partes diuidit animam designat. que se in morte a carne in illo triduo separauit. Si uero tres habet cathenulas. figurat aiam carnem et uerbum in una conuenire persona. Quarta que partes separat potestas est qua animam suam ponsuit pro ouibus suis. Si una tantuz cathenula sustentatur. designat quod solus de uirgine generatur. quodque solus est inter mortuos liber. Circulus cui hec omnia inectuntur est deitas. que nullo termino clauditur. a qua hec omnia cōtinentur et operantur. preter iusticiaz etiam rationem ob hoc incensatur altare. ut omnis ab eo nequitia demonū ppellatur. Fumus enim incensi ualere creditur ad demones effugandos. unde cum thobias interrogasset angelū quot remedia haberent ex que de pisce iusserat obseruari. respōdit. cordis eius particulaz si super carbones ponas. fumus eius omne demoniorum genus extricat. ¶ Sother papa. xxj. distin. sacratas. statuit ne moniales incensuz circa altaria ferant.

¶ Qualiter episcopus uel sacerdos et ministri ad altare stare debent.

Purificatione peracta episcopus uel sacerdos ad dexteram altaris partez se transfert. ibi una cum ministris plane officium et kyrieleison dicens. qui transitus de medio altaris in dexteram partem significat christi transitum de passione per resurrectionez ad uitam eternam. Item a leua transiens in dexteram imitatur christum ingredientem mundum. leuam enim tetigit christus quando temporalē assumpsit uitam. Ad dexteram iuit quando carnem assumptam ad dexteraz dei eleuauit. ¶ Rursus per hoc quod accedens ad altare prius dexteram illius partem petit. innuit quod emanuel in lege promissus prius uenit ad iudeos quam ad gentes. Iudei enim tūc propter legem in dextera parte fuerunt. gentes uero quasi in sinistra. quia idola colebant. Sacerdos ergo sacris uestibus ornatus christuz carne nostre humanitatis uestitum significat. ueniens ad altare christum de celis uenisse ad populum ut eum saluaret designat. Deinde in dexteram transiens designat quod christus in mundum ueniens uenit ad iudeos. de quibus uoluit nasci. Beata enim maria iudea fuit. de hoc tamen situ dicetur sub titulo de mutatiōe sacerdotis et oratione. Et nota quod licet domino pape celebranti uel missam audienti legatur a capellanis suis introitus et kyrieleison. et gloria in excelsis. et credo. et sanctus. et agnus. non tamen graduale uel alleluia. uel tractus. uel offertorium. uel postcommunio. pro eo quod illa instructoria sunt et introductoria. quibus ipse non eget. ¶ Illud autem notandum est quod sacerdos stat erectus ante altare. ad notandum quod christus uenit suos regere invincibili doctrina. et respicit uersus orientez. quia christus nō suam sed patris uoluntatez quesiuit. nec respicit

retrorsum. tum quia christus semp faciem patris intuetur. iuxta illud. Scio unde uenio et quo uado. tum quia nemo mittens manum ad aratrum ꝛ respiciens retro. a. est. r. dei. extra de uoto. magne. immo ad populum dorsum uertit. representans quod dominus ait ad moysen. Uidebis posteriora mea. faciem autez uidere non poteris. Exodi. xxxiij. c. Episcopi tamē ꝛ superiores celebrātes non ante altare sed remoti ab illo ad dextrum eius latus usqꝫ post dictum offertorium manent. quod fit primo ad representandum ꝙ ex latere christi qui per altare significatur. initium nostre redemptōnis fuit. Secundo fit hoc non soluz ad maiorem solemnitatem. ut per hoc a minoribus sacerdotibus decernātur. uerum etiam fit hoc quia ipse in missa non solum representat christi dignitatem et excellentiam ante eius oblationem. uerum etiam humilitatem et obedientiam in ipsa sui oblatione ꝛ consecratione. siquidem christus quantum ad sui dignitatez est patri equalis. ꝛ sedet a dextris dei patris. prout in simbolo legitur. quod representat prelatus stans ante oblationem ad dextrum latus altaris. In sui uero oblatōne christus pro nobis factus est hostia Et ideo prelatus eius uices gerens extunc ipsi altari quod aram crucis insinuat. debet totaliter inherere. Tertio quoniam prelatorum actus esse debent subditis ad doctrinam Ideo usqꝫ tunc manet ab altari separatus. ꝛ extunc manus lauandum ꝛ thurificandum et sacrificandum ad altare accedit. ut ostendat quecunqꝫ in missa precedunt solemnitates ꝛ laudes esse. de cōse. di. ij. panis ē. sed tūc deinde ad essētialia seu substātialia pagenda accedit. Quarto in hoc rep̄sentat ꝙ legalis pontifex intrans in sancta sanctorum carbones ferebat et sanguinem. prout tactum est in prohemio huius partis Quinto fit hoc ad representandum quod ait propheta. Dixit dominus domino meo. sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sacerdos quidem christum representans sedet a dextris altaris deum patrem in hoc loco signantis. donec ad consecrandum hostiam accedat. per quaz fracta sunt tartara. et inimici demones deuicti. ꝛ quasi scabellum pedum positi. Ministri uero scilicet diaconus ꝛ subdiaconus retro illum ad altare stant. qui tamen in ueniendo precesserunt. signantes martires q̇ in ueteri testamento fuerunt. et tamen post domini natiuitatez digne coronantur. et ad quamcunqꝫ altaris partem ille transierit. ipsum retro stantes sequuntur. ut ostendāt impletum esse quod dominus ammonuit dicens. Qui mihi ministrat me sequatur. ꝛ ubi ego suz ꝛc. Intendentes semper atqꝫ solicite in illum ad notandum ꝙ fideles quāuis adhuc in hac uita positi. tamen eternitati christi semper intendunt.

In quibusdaz etiam ecclesijs illo se uertente ad populum illi similiter se uertunt. et illo se conuertente ad altare se similiter conuertunt. Nam christus ab oratione ad predicationem. aliquando uero econuerso duz uiueret se conuertit. quod designat uersio ad populū. ꝛ cōuersio ad altare. In quo quidem imitandus est a p̄dicatorib᷒. qui p ministros ipsos congrue designantur. ¶ Anacletus papa. ꝟ cōse. di. i. episcopus. statuit ꝙ ep̄us deo sacrificans secum testes habeat diaconos. qui oculi eius dicunt. ꝛ subdiaconos reliquosqꝫ ministros. q̇ sacris iduti uestib᷒ ī frōte id ē an̄ ꝛ a tergo. ꝛ p̄sbit a regiōe. i.

a parte dextra leuaq; cõtrito corde et humiliato spiritu ac prono stent uultu custodientes eum a maliuolis hominibus. ⁊ consensum prestantes sacrificio. ⁊ secundum lucium papã de consecra. di. i. iubemus. eum nõ deserant. quia propter maliuolos oportet illum habere bonum testimonium ab his qui foris sunt. Statutum est etiam ut celebrans missaz habeat a tergo uicini solaminis adiutorem. prout dictum est in phemio huius partis. ⁊ ideo in qbusdã ecclesijs aliqui diaconi stant post episcopum quasi orantes ut eum sequantur usq; ad mortem. ⁊ cum eo transeant ad uitam eternam. Maior tamen pars in dextera parte moratr altaris. ⁊ minor in sinistra. qz utrunq; petit ecclesia. scilicet ⁊ temporalẽ benedictionem ⁊ eternam. ut sic ibi transeamus per bona temporalia. ut non amittamus eterna. ¶ Ceterum dicti ministri retro stantes inclinati ante facies suas usq; ad finez dominice orationis perseuerant. significantes illos apostolos qui i passione domini magna tribulatiõe oppressi non audebant se erigere ut christi discipulos se esse confiterentr Stabant tamen in facie fidei. sed postea eriguntur sicut dicetur sub .xi. particula canonis. super uerbo. Nobis quoq;. Signantes etiam choruz sanctorum martirum in conualle lacrimaruz. ante nouissimam contribulationem manentium. postea erigunt. quia illi qui postea martirio coronati stant erecti id est ab omni tribulatione liberati. Ad hoc stantes facie inclinati signant mulieres que de cenaculo ad monumentum uultib9 declinatis currebant i christi amore ardentes. ¶ Sane sacerdos minister inter moras puluinar molle missali supponit. ad notandũ q; deuotum ⁊ molle cor ⁊ q; facile diuinaz impressionez recipiat suppõi debet iugo domini et celestium preceptorum. iuxta illud sapientis. Suscipiat uerba mea cor tuum ⁊c. ut i Exo. Spiritus domini requiescat. De hoc etiam sub euangelio dicetur.

¶ De kyrieleison Rica.

TRanslato in dexteram altaris partem episcopo seu sacerdote. deinde quia tẽpus plenitudinis et annus benignitatis aduenit. sicut predictum fuit a psalmista. Tu exurgens domine misereberis syon. quia uenit tẽpus miserendi eius. Congrue chorus laudat et inuocat trinitatem triplicando kyrieleison. Ideo autez post introitum dicitur kyrieleison. quia ante omnem orationem sacerdotuz necesse est misericordiam domini implorare. siquidez kyrieleison grece interpretatur. domine miserere. nam kyrie sonat domine. leison miserere. et inde xpeleison. id est christe miserere. uel kyrie christe. eleydeus. eya miserere. son nobis. deinde kyrieleison. id est o christe deus miserere nobis. unde propheta. Miserere nobis te eniz expectamus. Dicitur autem nouies. primo ut ordo decimus ex hominibus reparatus nouem associetur ordinibus angelorum. Secundo ut ecclesia puenia(t) ad societatem nouem ordinum angelorum. Tertio contra nouem genera peccatorum. Est eniz peccatum originale ueniale ⁊ mortale. ¶ Item peccatum cogitationis. locutionis. et perpetrationis. ¶ Item peccatum fragilitatis. simplicitatis. et malignitatis. fragilitatis per impotentiam. Simplicitatis per ignorantiam. Malignitatis per inuidiam. Hoc est peccatum in patrem. peccatũ in filium. peccatũ

in spiritum sanctuz. Adhuc ideo di
citur ter ad patrem. Kyrieleison. ad
filium xpeleison. et ter ad spiritum
sanctum. Kyrieleison. sed ad patrem
⁊ spiritum sanctum sub eodem tan
tum uocabulo. quia pater ⁊ spiritus
sanctus sunt eiusdem tantuz nature
Ad filium uero sub alio. quia filius
⁊ si sit eiusdem nature cum illis. est
tamen et alterius. ut gemine gigas
substantie. propterea ideo dicit ter
quantum ad patrem. ter quantum
ad filium. ter quantum ad spiritum
sanctum. ut notetur pater in filio. ⁊
filius in patre. ⁊ spiritus sanctus in
utroqꝫ. De hoc dicetur in quinta p
te sub titulo de prims. sed in medio
mutatur kyrie in xpe. ut notetur du
as esse naturas i christo. ¶ Rursus
Kyrieleison ter triplicatuz. significat
preces patrum ueteris testamenti
multiplicatas ad hoc ut gratia sum
me trinitatis per aduentum christi
eos consociaret nouem agminibus
angelorum. ¶ Est autem magna ũ
borum istorum efficatia. Legit' eni
ꝙ cum beatus basilicus Kyrieleison
clamasset. porte ticine siue papieñ
ecclesie sunt aperte. Rursus cum be
atus gemimianus kyrieleison clama
ret. quandoqꝫ reges conuersi dicun
tur in fugam. unde forte significat
aliud ꝙ̃ domine miserere. qd tamen
nos ignoramus. ¶ In quibusdam
ecclesijs statim post ultimuz kyrie
leison subiciunt ymas. quod uerbuz
grecum sonat latine nobis. ⁊ sensus
est Kyrieleison. ymas id ẽ potentia di
uina miserere nobis. ⁊ beatus Gre.
instituit Kyrieleison nonies. et a cle
ro tantum publice in missa cantari.
quod prius apd grecos simul a cle
ro ⁊ populo cantabat'. Siluester ue
ro papa illud de grecis assumpsit.

¶ De gloria in excelsis Rica.

Dicto Kyrieleison mox sa
cerdos uel pontifex ex in
stitutione thelesphori pa
pe inchoat ymnum Gloria in excel
sis deo. quem angeli auditi sunt de
cantare. sicut legitur in euangelio lu
ce. Qui angelorum ymnus phibet
testimonium temporale christi nati
uitati. Sane sacerdos primus ⁊ so
lus illum inchoando prenuntiat. q
angelum magni concilij representat
Nam ortum saluatoris solus ange
lus cuius personaz ipse gerit primo
nũtiauit. unde Luce. ij. Ecce euange
lizo uobis gaudium magnuz quod
erit omni populo. quia hodie nat'
est ⁊c. Et illum inchoando stat ante
medium altaris. in hoc cõmemorãs
ꝙ dum medium silentium tenerent
omnia. natus est in medio id est p
omnibus messias quem prophete p
dixerant. representans etiaz quia an
gelus christi natiuitatem pastorib'
ãnuntians stetit in medio eorum. ⁊
incipiẽs eleuat manus propter cau
sas scriptas in sequenti titulo ad fi
nem. ¶ Item incipiens uertit se ad
orientem. tum quia ad orientem do
minum adorare solemus. Tertio in
choans stat ante medium altaris.
ad notandum ꝙ christus mediator
fuit inter nos et deum .x. di. quoni
am. per cuius mediationem deo pa
cificati sumus. Chorus uero conci
nendo respondens gerit personam
multitudinis. de qua in euangelio
sequit'. Subito facta est cuz angelo
multitudo ce. mi. lau. de. ⁊ di. glia i
altissimis deo. ⁊ in. t. p. h. bo. uo. de
consec. di. i. nocte. ymnus autez iste
non tantũ est angelorũ. sed etiaz ho
minũ congratulantiũ. ex eo ꝙ muli
er illa q̃ dragmam pdiderat decimã
iam lucernam accenderat ut drag
mam perditam inueniret. ⁊ pastor
dimissis nonagintanouem ouibus
in deserto iam uenerat ut quereret

centesimam ouem amissaȝ. Ante natiuitatem enim christi tres erant miniciarum parietes. primus inter christum ⁊ homines. secundus inter angelum et homines. tertius inter hominem ⁊ hominem. Homo nanq per inobedientiam creatorem offenderat. et per suum casum restaurationem angelorum impedierat. atq per uarios ritus se ab homine separauerat. Judeus nanq cerimonias excolebat. gentilis ydolatriam exercebat. sed ueniens pax nostra fecit utraq unum. ⁊ huiusmodi parietes destruxit. Abstulit enim peccatum ⁊ reconciliauit hominem deo. reparauit casum. ⁊ reconciliauit hominē angelo. destruxit ritus ⁊ reconciliauit hominem homini. Restaurauit ergo secundum apostolum Ephe. i. que in celis ⁊ que in terris sunt. et ob hoc illa celestia militie multitudo psallebat. gloria in excelsis deo. id ē in āgelis qui nunq peccauerūt nec discordiaȝ cum deo habuerunt. ⁊ in terra pax a christo facta hominibus. uidelicet iudeis ⁊ gentilibus bone uoluntatis. qui usq ad christi natiuitatem propter peccata sua cū deo ⁊ cum angelis discordiaȝ habuerunt. Hinc etiam est q angelus loquitur ⁊ congaudet pastoribus. qa pax est inter angelos ⁊ homines reformata. nascitur deus homo. quia pax est inter deum ⁊ hominē restaurata. nascitur in presepio bouis et asini. quia pax inter homines ⁊ homines reparat. per bouem enim iudaicus. per asinuȝ gentilis populus figuratur. secundum illud. Non arabis in boue ⁊ asino. iudeo scilicet et gentili. xvi. q. vij. in noua. ⁊ iterum. Cognouit bos possessorem suum. et asinus presepe domi sui. ideo ergo canitur ymnus iste. quia quem uenerantur angeli in celis. homines uenerantur in terris. per hoc quod dicitur. gloria in excelsis ⁊c. repsentatur mesticia antiquorum patrum ex tedio expectandi incarnationem domini. Isa. xxvij. Expectate deum ⁊c. et ideo etiam cantatur alleluia. quia habebant spem liberationis. unde ps. Sperauerūt ⁊ liberasti eos ¶ In hoc quoq ymno notat spes ecclesie. que cum angelis sperat se canere. unde iam illorum canticum assumit. Sequitur. laudamus te. scilicet inenarrabilia opera tua predicando. que uerba et sequentia a beato hilario pictauieñ. asseruntur apposita fuisse. ⁊ precedentia soluȝ antiquitus dicebantur in missa. Innocen. tamen tertius dixit illa a thelesphoro papa addita fore. Alij uero a simaco papa. ¶ Simacus papa constituit tam in dominico die q in natalicijs martirum. gloria in excelsis ad missam cantari. quia sanctorum per dominicam resurrectionem gloria angelorum societas esse recolitur ¶ Cantatur etiam in festis apostolorum et confessoruȝ. in quorum honorem quecunq ecclesia dedicata est. et generaliter in festis que nobis celestem solemnitatem representant. In diebus uero luctus et ieiuniorum non dicitur preterq in duobus sabbatis spiritualibus ministerijs adornatis. iuxta illud. Cantate domino canticum nouum prout dictum est in prohemio huius partis. dictus quoq thelesphorus papa precepit illum cantari ad missam nocturnam natalis domini quam ⁊ ipse instituit. Quidam dicunt non esse cantandum in missa nisi in horam tertiam. quia tunc spiritus sanctus super apostolos descendit. et eos gloria et exultatione repleuit. ¶ Innocen. tertius statuit ut quando in diebus profestis celebratur in honorem beate uirginis uel spiritus sancti. uel sancte crucis

nec ymnus angelicus nec simbolum dicatur. nec etiam te deum laudamus in laudibus matutinis. In aduentu uero uel in septuagesima non canitur. prout ibi in septima parte et sub titulo de septem diebus post pascha dicetur. Episcopus tamen bethlemitanus ex abusu omni die et omni missa et pro defunctis gloria in excelsis decantat. pro eo quod ymnus ille Luca testante. primo in bethlemitana regione cantatus est.

De salutatione ad populum.

Angelico ymno finito sacerdos ad populum se uoluens illum salutat dicens. Dominus uobiscum. quod sumptum est de libro Ruth. ij. Sic enim legitur Booz salutasse messores suos. et propheta in paralipomenon assa regem et qui cum eo erant. et salutans gedeonem dixit. dominus tecum. Booz quidem figuram salutatoris expressit qui ruth moabitidem duxit uxorem et hec salutatio significat salutationem quam christus fecit apostolis post resurrectionem. De quo in quinta parte sub titulo de prima dicetur. In omnibus ergo misse orationibus sacerdos premittit. dominus uobiscum nisi in orationibus que precedunt prophetias. uel etiam orationes super populum in quadragesima. et nisi in orationibus que imediate sequuntur post primam orationem. et in illis que dicuntur in parasceue. sed tunc missa non dicitur licet sacerdos comunicet. Cum enim per dictam salutationem optetur dominum esse cum populo. qui est in eo per spiritum gratie septiformis. ideo ecclesia ordinauit septies tantum in missa populum salutari. ut iam dicetur. Ideoque in premissis orationibus tantum dicitur. premittitur tamen alia exhortatio ad humiliationem. per flectamus genua uel per humiliate capita uestra deo quia oratio que facienda est cum ieiunio ad malignum spiritum eiciendum. tunc demum ualet si cum humilitate fiat. ¶ Rursus in diebus ieiuniorum representat ecclesia tempus babilonice captiuitatis. Merito ergo sacerdos tunc populum utpote absentem non salutat. nec se ad illum conuertit. sed absolute incipiens. Oremus insinuat pro illo fore orandum. et quia oratio debet fieri cum effectu. mox subicitur flectamus genua. uel humiliate capita uestra deo. representat etiam tempus dominice passionis quod precipue post cenam cum discipulis factam incepit. Quia ergo tempore illo dominus discipulos non salutauit. sed eos ad orandum pluries excitauit. ideo sacerdos tunc populum non salutat. sed ei orare insinuat. sed et quia tempore illo christus in oratione genua flexit. deo mox ad genua flectenda inuitat. Dicit autem flectamus genua. in persona uniuersitatis omnium fidelium. quasi omnium sindicus seipsum includens. et ideo loquitur in prima persona excitans se et omnes ad orandum humiliter et deuote. sed mox subicit leuate. in persona alterius. scilicet christi. cuius typum gerit in officio misse. et tunc loquitur in secunda persona et in dissimili cantu. quasi ipse christus dicat. Surgite quoniam uestram humilitatem et deuotionem uideo. et tunc uice omnium sequitur sine orat. Quid significent collecte que dicuntur post flectamus et post humiliate dicetur in quarta parte sub quarta feria in capite ieiuniorum. Alijs uero diebus et temporibus exultationis et plenitudinis. quod precipue fuit post christi resurrectionem representat. et tunc sacerdos populum salutat. representans ut premissum est

ꝙ dominus post resurrectionē disci
pulos salutauit. ¶ Sacerdos ergo
oratōnibus premittit. dominus uo
biscum. ut populum reddat atten
tum ꝙ mens eius ad deum dirigat
⁊ ei per intentionem sedulam coniū
gat. et est sensus dominus uobiscū
id ē in uobis maneat. ⁊ uos premio
uite eterne remuneret. ⁊ petitionibꝰ
uestris effectum tribuat. seu gratiaꝫ
dei impetretis perseuerātes in illa.
Chorus uero ⁊ populus respondēt
et cum spiritu tuo. quod sumptum
est ex epistola secunda ad thimo. ul
timo ubi dicitur. Dominus ihesus
christus cuꝫ spiritu tuo. huiusmodi
etenim mutue salutationes notant
ꝙ sacerdotis et populi unus debet
esse affectus. ⁊ est sensus. tu pro no
bis facturus es preces ad dominuꝫ.
et quia dominus deus preces illas
tantum approbat ⁊ exaudit que ex
bono corde procedunt. oramus et
nos similiter pro te. ut ille sine quo
nullum est bonum sit cum spiritu
tuo. ut qui tecum est in ore. sit et in
corde. ⁊ in te maneat. et secundum
hoc cessat hesitatio querentiuꝫ. q̄re
populus respondet. ⁊ cū spiritu tuo
cuꝫ sacerdos dicendo dominus uo
biscum optauerit dominum esse cū
illis non solum in spiritu. uerum eti
am in corpore. nam ⁊ idipsuꝫ popu
lus per hanc responsioneꝫ optat. ut
premissum est. potest etiam dici ꝙ
in hac responsiōe populus se refert
solum ad actionem immolationis.
ad quam sacerdos procedit. in qua
totaliter per spiritum eleuatus ⁊ ab
omni terrenitate prorsus abstractus
esse debet. ¶ Postq̄ȝ uero chorus
respondit ipse se ad altare reuoluit
scilicꝫ ad orientem. ut dicetur in pro
hemio quinte partis. ⁊ quasi paruꝫ
de sua bonitate cōfidens uniuersalē
ad se colligit ecc̄liam dicens q̄si om
niū sindicus. oremus. q̄si dicat orate
omnes simul mecuꝫ. ut quod postu
lamus citius impetremus. quoniaꝫ
impossibile est multitudinem nō ex
audiri. ⁊ sic orationem dicit. dicēdo
ergo oremus hortatur alios ad orā
duꝫ. quia ⁊ ipse christus monuit di
scipulos orare dicens. Orate ne itre
tis in temptationem. ⁊ postea orat
quia et postea christus orauit. ipse
enim fecit ⁊ docuit. Qꝫ autem dicit
oremus. ab antiquis habeamus qui
premisso oremus subiungebant cō
muniter orationem. Dicit autēꝫ ore
mus stans ante mediuꝫ altaris. pro
pter rationes positas in principio ꝑ
cedentis tituli. Oratio autem quam
dicit significat indulgentiam quam
dominus repromisit. ⁊ deinde trāsit
ad dexteram parteꝫ altaris. ut dice
tur sub sequenti titulo. ¶ Oratiōe
finita chorus respōdet amen. quod
est hebraicum uerbum. q. d. fiat no
bis sicut orasti. seu feliciter acta sit
oratio tua. ⁊ est sumptum amen ex
apoca. Johan. Ambrosius exponit
amen. id est uerum est quod sermo
sonat affectus sentiat. de consec. di.
ij. reuera. in fine. xxxviij. di. sedulo.
iij. q. v. ⁊ hoc autem. Quandoq̄ȝ po
nitur pro uere. ut ibi. amen amen di
co uobis. extra de iureiurā. ⁊ si chri
stus. prout sub titulo de oratione
dicetur. Et nota ꝙ premissa saluta
tio. scilicꝫ dominus uobiscuꝫ. ad mi
nores ⁊ imperfectos ad simplices ꝑ
tinet sacerdotes. Episcopus uł eius
superior qui perfectus esse debet. ⁊
expressam christi humilitatem gerit
ut se uicarium christi ostendat. ora
turus prima uice utit̄ uerbo domi
ni dicentis. Joh. xx. pax uobis. que
fuit prima uox domini ad discipu
los quando eis post resurrectioneꝫ
apparuit q̄si dicens. In ꝑsenti detur
uobis pax pectoris. ⁊ in futuro pax
eternitatis. De utraq̄ȝ Jo. xiiij. paceꝫ
relinquo uobis. pacē meā do uobis

Hoc etiam uerbo usus est dispensa
tor Joseph ad fratres eius. postea
uero ad instar ceterorum sacerdotū
dicit. dominus uobiscum. ut se esse
unuz ex ipsis ostēdat. xcv. dis. olim.
et. c. se. in fine. Et est aduertenduz ꝙ
tunc demum pax uobis dicitur. qñ
gloria in excelsis cantatur. et hoc iō
ut correspondeat ei quod ibi dicit
⁊ in terra pax hominibus ⁊c. preter
ea hec salutatio a christo tempore
gaudij ⁊ leticie. scilicet resurrectiōis
ad discipulos facta. illi cantico leti
cie respondere debet. ¶ Sunt etiaz
qui dicunt ꝙ pontifex solēniter cele
brans in diebus quibus gloria in ex
celsis dicitur. representat christum
post resurrectionem seu resurrectio
nis gaudium. quo tempore sepe di
cta salutatione ad discipulos usus ē
Ideoq₃ christum imitando ꝑmissis
diebus hoc dicat. In missis uero q̄s
alijs diebus uel temporibus dicit.
uel etiam que ab inferioribus dicū
tur. christi passio figuratur. ⁊ planc
tus atq₃ afflictio conformatur. ⁊ iō
in illis pax uobis nō dicitur. ne gau
dium cum dolore misceatur. ¶ Po
test etiam dici ꝙ per christuz facta
est pax inter deum ⁊ hominem. ⁊ in
ter angelos ⁊ homines. quod mani
festauit angelus quando in christi
natiuitate cantauit. Gloria in excel
sis deo. ⁊ in terra pax hominibus bo
ne uoluntatis. Pacem uero inter de
um ⁊ homines manifestauit christ⁹
quando post resurrectionem dicit
apostolis. pax uobis. hec representā
tur in missa primum per quemlibet
sacerdotem qui potest cantare glo
ria in excelsis. angelum representans
Secundum per episcopuz qui solus
dicit pax uobis. representans chri
stū qui in persona ecclesie dixit apo
stolis. pax uobis. utrūq₃ autez dicit
episcopus solemniter celebrans. q̄a
utrūq₃. scilicet christum ⁊ angelum
representat. Ipse enim spetialior est
christi uicarius q̄₃ simplex sacerdos
ideoq₃ cum obmittit officiuz angeli
scilicet temporibus quibus cantica
leticie subticentur. scilicz. te deū lau
damus. ⁊ gloria ī excelsis. obmittit
similiter ⁊ hoc officium christi non
dicens. pax uobis. sed dominus uo
biscum. sicut simplex sacerdos. non
enim per episcopum qui represētat
christum ⁊ angelum una pax sine al
tera nuntiatur. Idem etiam est i ite
missa est. quod non dicunt nisi glo
ria in excelsis dicatur. ¶ Sane dia
conus non dicit. dominus uobiscuz
per horas. eo ꝙ non ita gerit typuz
christi qui per Booz hac salutatiōe
usus est sicut sacerdos qui ea in per
sona christi utitur. legens tamē euā
gelium hoc dicit. quia tūc utitur of
ficio predicatoris. ⁊ ꝓnuntiat doc
trinam ab ipso christo immediate
prolatam. ⁊ etiam cereum paschalē
benedicens. qui tunc christi resurre
ctionem representat. Sunt tamen q̄
dam qui dicunt ꝙ in diuinis offici
is que dicere tenetur licite posset hoc
dicere cum ꝓhibitus non legatur. q̄
bus generalis usus ecclesie contradi
cit. ut se inferiores sacerdotibus co
gnoscant. ¶ Notandum autem est
ꝙ septem uicibus populus salutatur
in missa. quatenus exclusis septez ui
cijs capitalibus suscipiat gratiam se
ptiformem. Misterium enim misse
ad septem dona spiritus sancti refer
tur. Primo in ipso misse exordio an̄
collectam. Secundo ante euangeliū
Tertio post euāgeliū siue dicto sim
bolo. scilicz ante offertorium. Quar
to ante prefationez. cum dicit sacer
dos. Per omnia secula seculorum. et
consequenter. dominus uobiscum.
Quinto ante pacis osculuz cū dicit.
pax domini sit semper uobiscū. Sex
to ante primam post cōmunionem.
Septio finita finali postcōmuniōe

uel oratione. In prima salutatione
spiritus sapientie intelligitur. quia
sapientia intrauit in hunc mundum
ut saluaret nos. In secunda spiritus
intellectus. ideo enim predicauit ut
doceret nos. In tertia spiritus consi
lij. hoc enim secreto dei consilio se
passioni obtulit. ut redimeret nos.
In quarta spiritus fortitudinis. q̇a
pendens in cruce diabolū expugna
uit. ut redimeret nos. In quinta spi
ritus scientie. quia resurgens disci
pulos salutauit ꝛ eis sensum aperu
it. ut erudirent nos. In sexta spirit⁹
pietatis. quia sola pietate humanā
naturam super astra leuauit. ut exal
taret nos. In septima spiritus timo
ris quia angeli timebunt cum uene
rit ad iudiciū. ut glorificet nos. Ce
terum in qualibet salutatione muta
tur officium misse. ꝛ de uno officio
ad aliud transitur. quare merito sa
lutatio premittitur. cum enī ad ope
rarios nouiter ingredimur eos salu
tare solemus. ꝛ secundum hoc. viij.
officia sunt in missa. ¶ Rursus salu
tatur etiam in octaua ut quidā uo
lunt. scilicꝫ post offertorium ante se
cretellam. nam uoluens se ad popu
lum dicturus. orate fratres ꝛc. debꝫ
dicere sub silentio. domin⁹ uobiscū
uerum licet eis quos salutamus faci
em regulariter representemus. tamē
in quinqꝫ dūtaxat ex premissis salu
tationibus sacerdos ad populū se
conuertit. nam in illa salutatione q̄
fit ante euangelium se non cōuertit.
quia iam intentus est ad uerba dei
ānuntianda. nec etiam in illa que fit
ante prefationem. quia iam intētus
est ad sacrificium altaris tractandū
Nec etiam in illa que fit ante pacis
osculū. q: iam tenet corpus christi
in manibus ꝛ cor habet sursum ad
deū. ꝛ omnino itentus est ad reuerē
ter illud tractandū. Nemo enī mit
tens manū ad aratrum ꝛ respiciens
retro aptus est regno dei. ex̄. de no
to. magne. ¶ Ceterū quins ad po
pulum cum dn̄s uobiscum facta cō
uersio. significat quinqꝫ apparitiōes
quas christus fecit discipulis suis ī
die resurrectionis. prima fuit marie
magdalene. Joh. xx. ꝛ marci ulti. Se
cunda eidē ꝛ alijs mulieribus redē
untibus de sepulchro. quādo dixit
eis. auete. Math. ulti. Tertia petro.
Quarta duobus discipulis euntib⁹
in emaus. Quinta in domo decē di
scipulis absente thoma. Jo. xx. Sed
quia altera illarum manifesta nō fu
it. quando uidelicꝫ primo apparuit
marie magdalene. Uel secundū ali
os quando apparuit petro. q: nesci
tur quando ꝛ ubi. ideo sacerdos an̄
secretellam dicturus. orate fratres.
predicit sub silentio. dn̄s uobiscum
sed patenter dicit. orate ꝛc. quia pa
tenter dixit apostolis. Orate ne itre
tis in temptationem. Fuerunt etiam
ꝛ alie apparitōnes. de quibus nil ad
presens. Non est etiam obmittēdū
ꝙ sacerdos semꝑ uoluerit se ad po
pulum a dextera. ꝛ ꝑ eandem se ad
altare reuoluit. q̄si ipso facto dicēs.
Dextera dn̄i fecit uirtutē. de. do. ex.
m. dex. d. f. u. Secundo ad designan
dū ꝙ in sepulchro dn̄ico angelus a
dextris sedebat. Tertio ut sacerdos
ꝑ hoc innuat se rectam ꝛ attentam
habere intentionem ꝓ se ꝛ populo
ad celestem patriam. que ꝑ dexterā
significatur. iuxta illud in canticis.
Dextera illius āplexabit̄ me. Quar
to quia uersus salutando populum
ꝛ cōuersus dicendo. oremus. horta
tur tam se q̄ꝫ populum ad orandū
ꝛ oratio debet fieri ꝓ eternis. que ꝑ
dexteram significatur. Unde christ⁹
sedere dicitur ad dexteram patris
merito a parte dextera fit utrumqꝫ.
Gerit quippe sacerdos typum chri
sti qui perfectus est in salutationi
bus et orationibus q̄ a dextera fiūt

Ueruntamen postq̃ dicit. Orate pro me fratres ꝛc. se reuoluit a sinistra. iuxta illud ps̄. Circuiui ꝛ immolaui in tabernaculo eius ho.uo. ꝛc. Pre parans enim se ad imolanduȝ quen dam circuitum facit. se igitur conuer tit tunc ad sinistram que imperfec tior ꝛ infirmior est. ad notanduȝ im perfectionem cuiuslibet sacerdotis preter christum. Hinc est ꝙ p̄missa uerba dicendo obsecrat tanq̃ imp fectus ꝛ peccator. ꝛ indigēt aliorum auxiliuȝ impendi sibi ab alijs bene ficium orationis. Secundo quoq; reuoluitur tūc a sinistra. ut per hoc significet tristiciam de passione chri sti. ad quam representandaȝ statim intendit. Tristicia enim recte per si nistram significatur. iuxta illud apo stoli. a dextris ꝛ a sinistris per glo riam ꝛ ignobilitatem. per infamiam ꝛ bonam famam. ¶ Debent etiam fieri ille uolutiones ꝛ reuolutiones ante medium altaris. iuxta illud. In medio ecclesie aperuit os suum ꝛc. In quo ꝛ illud cōmemoratur ꝙ re demptor noster iuxta salomon cor pus suum media caritate cōsecrauit propter filias iherusalem. Et atten de quia quidaȝ dicto. dominus uo biscum. ad altare reuoluti dicunt. oremus. stantes ante medium alta ris. ꝑ hoc insinuantes se in loco ma nifesto ꝛ populo conuenienti orare scilicet ante mediuȝ altaris. quodq; populus debȝ de medio cordis ora tiones ad deum effundere. Alij ue ro ad dexterū cornu altaris ubi ora tionem proferre debet dicunt. ore mus. ut sic inter insinuationeȝ ꝛ ora tioneȝ nullum actum alium interpo nāt. et ut ibi precedat orandi insi nuatio. ubi mox subsequi ipsa ora tio. et orantis populi esse debet in tentio.

¶ De oratione seu collecta Rica.

Salutatione premissa ora tiones subiciuntur. quia enim omnis nostra oratio a deo inchoata circulariter in ipsuȝ terminari debet. ideo misse officiuȝ incipit ab oratione. ꝛ terminatur in gratiarum actione. ¶ Unde uiden dum est quis debet orationes dice re. ¶ Qualiter et pro quibus sit o randum. ¶ Quid sit oratō. ꝛ quan do. ꝛ ubi. ¶ Et uersus quam partē orationes dicende sint. ¶ De mu tatione sacerdotis ab una parte al taris ad alteram. ¶ Unde oratiōes dicantur. ꝛ unde origineȝ habuerūt. ¶ Qualiter uerba eorum intelligā tur. ¶ Qualiter orationes terminē tur. ¶ Quare uocētur collecte. Que ꝛ quot orationes dicende sūt. ꝛ de inuentoribus earum. ¶ Quo modo pontifex seu sacerdos illas di cens stare debet. ¶ Circa primum notanduȝ est. ꝙ ea quibus populus immediate ordinatur ad deum. sa cerdotes tantuȝ dicunt qui sunt me diatores inter deum ꝛ populum. et quorum quedam dicuntur publice spectantia ad totum populuȝ. in cu ius persona ipse solus ea a deo pro ponit. sic sunt orationes ꝛ gratiaruȝ actiones. Quedam priuate que ad officiuȝ eius tantum spectant. ut cō secrationes ꝛ huiusmodi orationes. quas ipse pro populo facit. non ta mēn in persona populi orans. et in omnibus premittit. dn̄s uobiscum. ut mens populi deo cōiungatur. et quia populus in his que ad deuȝ ꝑ tinent sacerdotem ducem habet. iō in fine cuiuslibet orationis populus consentit respondens. amen. ut iam dicetur. ꝓpter quod ꝛ omnis oratō alte terminatur. etiaȝ si priuate fiat. ¶ Sane orandum est breuibus uer bis. nō in multiloquio. ut iam dicet̃ xij. di. omnia. xliij. di. sit rector. ꝓpe finē. Unde greci parum ꝛ frequēter

orant sed in lachrimis ꝛ in puritate
cordis. non in uoce clamosa. sed in
mentis intentione. ꝛ lachrimaruꝫ cō
punctione. sic enim in conspectu di
uine maiestatis ꝛ angelorū oportet
nos esse ut mens nostra uoci concor
det. Iuxta illud ps̄. Exaudiuit domi
nus uocem fletus mei. ꝛc̄. et iteruꝫ.
Sacrificium deo spiritus cōtribula
tus ꝛc̄. Debet etiam oratio esse de
uota. nam omnium creatori cum de
uotione supplicandū. Dum auteꝫ sa
cerdos dicit alte orationem. alij nō
debent uerbis orare. sed illam ora
tionem attendere. ꝛ ad eam respōde
re. amen. ¶ pro quibus sit orandū
dicetur in sexta parte sub titulo de
parasceue. ¶ Quid sit oratō. ꝛ qua
hora. ꝛ ubi hore canonice dicende
sunt. ꝛ uersus quam partem orandū
est. dicetur in ꝓhemio quinte ꝑtis.
¶ Quid significet oratō que dicit'
ante epistolam. dicetur sub ti. de ses
siōe episcopi. ¶ Sane sacerdos duꝫ
orat ad dexteram consistit altaris.
iuxta illud Exo. xxx. Deprecabitur
aaron sup̱ cornu altaris. ꝛ placabit
super eum in generationibus suis.
In hoc illud signans quod fuit pro
phetatum. Deus ab austro ueniet.
Christ⁹ eni iudeos docuit. ad quos
a patre missus fuit. quia dextera iu
deos. gentiles sinistra figurat. ꝛ qm̄
leticia per dexteraꝫ. tristicia uero ꝑ
sinistraꝫ designatur. Idcirco ad dex
teram partem altaris primum acce
dit. ut gaudiū dominice natiuitatis
ostendat. Deinde dicturus euange
lium ad sinistram cōuertitur. ut tri
sticiam passionis insinuet. sed iteruꝫ
redit ad dexteram. ut gaudiū resur
rectionis ānuntiet. De hoc aliter di
cetur sub ti. de mutatione sacerdo
tis. Romanus uero pōtifex oratur⁹
ad sedem post altare uel alius epūs
ad latus altaris ascendit. ꝛ stans col
lectam ꝓnūtiat qn̄ libro legit apto.

et deinde sedet. q꞉ sicut euāgelista
testatur. Uenit ihesus in nazareth ꝛ
ubi nutritus fuerat. ꝛ intrauit secun
dum cōsuetudinem diei sabbati in
sinagogam. ꝛ surrexit legere. ꝛ tradi
tus est ei liber ysaie prophete. quēꝫ
ut aperuit inuenit locum ubi scrip
tum erat. Spiritus domini sup̱ me
ꝓpter quod unxit me. ꝛ cum plicuis
set librum reddidit ministro ꝛ sedit.
¶ Rursus pōtifex ad latus altaris
usq꜀ post dictum offertoriuꝫ mora
tur. ut dictuꝫ est sub ti. qualiter epī
scopus ul' sacerdos. ¶ Sequitur ui
dere unde oratio dicatur. ꝛ unde o
rationes origineꝫ habuerunt. ꝛ qui
dem dicitur oratio ab orando. eo ꝙ
per eam a populo bona corporis ꝛ
anime orando petuntur. licet enim
dominus sciat quibus egemus. orā
re tamē debemus. ꝓut dicetur sub
oratione dominica. Orat etiaꝫ sacer
dos pro bonis ut assint. ꝛ pro malis
ut absint. ¶ Designantur autē ora
tiones in apoc. per fumuꝫ aromatū
qui ascendet in cōspectu domini de
manu angeli. christus eni uerus hō
propter nos passioni deditus. cuius
illa uox est. holocausta etiam ꝓ de
licto non postulasti. tunc dixi ecce
uenio. semper pro nobis orabat. q̇a
secundum apostolum. Exauditus ē
in omnibus pro sui reuerentia.
Qualiter uerba orationū intelligen
da sint uideamus. ꝛ quidem quid
in quibusdam codicibus cōtinetur
prosit huic uel illi sancto. talis obla
tio ad gloriam ꝛ honorem sic intelli
gi debet ꝙ ad hoc prosit ut ille ma
gis ac magis a fidelibus glorificet'.
aut etiam honoretur in terris. extra
de cele. missa. cum marthe. ꝑpe fi.
Cum enim ipsi sint perfecti beati.
omnia eis in celis ad uota succedūt
Unde non egent nostris orationib⁹
imo iniuriam facit martiri qui orat
pro martire. licꝫ pleriq꜀ repsentent

non indignuꝫ sanctorum gloriã pos se usqꝫ in diem iudicij augmentari. ⁊ ideo ecclesiaꝫ interim rite ꝑ posse augmentationem glorificationis eorum optare. Quod autem post finẽ orationis subiungitur. per dominũ nostrum ihesum christum. Illud significat quod ipse in euangelio dicit Quicquid petieritis patreꝫ in nomine meo fiet uobis. Orat enim sacerdos ad patrem ut per filium suum qui dominus noster est equaliter sicut pater oratio perficiat᷑. Hinc enĩ est ꝙ omnis oratio generalit᷑ ad patrem dirigitur. ⁊ terminatur in noīe filij. Non enim per aliam uiam ad nos eterna dei beneficia possunt decurrere ꝗ̃ per eum qui est mediator dei ⁊ hominum homo christus ihesus. x. di. quoniam. sicut ꝑ mediantem cristalluꝫ mittitur ignis in escaꝫ supposito a sole longinquo. ⁊ sumptum ẽ hoc de epistola ad romanos ubi dicitur. Gloriemur in deo per dominum nostrum ihesum christuꝫ Nemo enim uadit ad patrem nisi ꝑ me. ⁊ ipse alibi dicit. Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Et nota ꝙ ihesus est ꝓpriuꝫ nomen. ꝓut dictuꝫ est in prohemio secunde partis. Quod uero sequitur q̇ tecuꝫ uiuit ⁊ regnat in unitate spũs sancti. ⁊c. Ita potest intelligi. in unitate spiritus sancti. hoc est una cum spiritu sancto. Nam pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus sunt unus. Uel ĩ unitate spiritus sancti. hoc est ĩ spiritu sancto qui est unitas patris ⁊ filij. ⁊ amor ⁊ connexio utriusqꝫ. Possunt etiaꝫ sic exponi premissa uerba. per dominum nostrum. ⁊c. ut sit sensus

¶ O pater exaudi per filium tuuꝫ qui hoc uult ⁊ potest. uult q̇a uiuit. potest quia regnat. Uiuit inquam ⁊ regnat tecuꝫ in unitate spiritus sancti. Non quideꝫ uiuit ⁊ regnat ut tirannus spiritus iniquitatis. sed uiuit ⁊ regnat deus spiritu benignitatis.

¶ Quod uero sequitur. per omnia secula seculorum. uel consecutiue uel antonomatice intelligi potest. Consecutiue sicut generationes generationuꝫ. q. d. per omnia secula seculoruꝫ. sibi inuicem succedentia. dicuntur enim secula quia sequuntur. Nam alijs discedentibus alia sequũtur. Antonomatice sicut cantica canticorum. ⁊ ẽ sensus. sicut ante omnia secula filius cum patre in unitate spiritus sancti in deitate uixit ⁊ fuit. ita ⁊ in presenti seculo ⁊ in futuro. ubi iusti cũ sanctis angelis ꝑmanebunt. ⁊ iniusti cũ diabolis cruciabũtur. credit᷑ equaliter uiuere cum patre ⁊ spiritu sancto. ⁊ nullo fine concludi. ¶ Sequit᷑ amen. quod uerbum optantis uel affirmantis ostendit affectuꝫ uel cõsensum. ut premissum est. populus enim assentiens uoci sacerdotis qui dixit. per omnia secula seculorum. assentit ꝙ seculum per eum creatuꝫ est. Unde in fine psalmoruꝫ ubi nos dicimꝰ fiat fiat. hebreus dicit amen amen. ⁊ christus in euangelio sepe dicit amen amẽ. id ẽ uerum dico uobis. Respicit ergo ad formam orationis. ut quod oratur optet᷑. uel ad modum conclusionis. ut quod concluditur affirmetur. Uerum cũ sacerdos orationes dicit. Da nobis q̃sumus omnipotens domine salutem mentis ⁊ corporis. populus respondit amen. id est fiat. ⁊ cum sacerdos concludit. qui tecũ ui. ac re. in uni. spi. san. de. per omĩa secula seculoꝝ. populus affirmando respõdet amẽ. id est uerum ẽ. Uel amen interpretatur ueritas. ut in apoc. hoc dicitur. Amen testis fidelis. de hoc dictum est in precedenti tractatu. ¶ Circa terminationem collectarum notandum est. ꝙ in eis quandoqꝫ dirigit᷑ sermo ad patreꝫ. quandoqꝫ ad filiũ. quandoqꝫ ad spiritum sanctum. et

quandoq; ad totam trinitatem. Si sermo ad solum patrez dirigitur nō habita intentione de filio neq; de spiritu sancto. tunc dicitur in fine. per dominum nostrum ihesum christuz filium tuum. qui tecū uiuit ⁊ regnat in unitate spiritus sancti deus. per oia secula seculoꝝ. siue ꝑ eundem et eiusdē. ut in illa oratione. Protector in te sperantium. ⁊c. Si uero fiet ibi mentio ⁊ de spiritu sancto. refert an ante finalem partem orationis. an in fine ipsius fiat mētio de filio. an finez tunc dicitur in fine. per eundez dominum nostruz. ⁊c. ut in illa oratione. Deus qui de beate marie uirginis. ⁊c. Si in fine tūc subicitur immediate. qui tecum. siue per eundez ⁊ eiusdem. ut in collecta sctī stephani. Omnipotens sempiterne deus q̇ primitias martiruz. ⁊c. et in illa. Deus qui salutis eterne. uel dominum ihesum christum. siue per. ut in illa collecta. Deus qui nos redemptōis que dicitur in uigilia natalis. ⁊ in illa. Illumina quesumus. ut dicitur i epiphania. uel ihesus christus dn̄s noster. ut in illa. Deus qui ad eterna que dicitur feria tertia post pascha. ⁊ in secreta illa. ipsi tibi. que dicitur in cena domini. Si uero in oratione que ad patrem dirigitur fit mentio de spiritu sancto dicitur in fine. per dominum nostrum. sed tunc dicit in unitate spiritus sancti deus. ut in illa. Deus qui corda fidelium. et in illa. Assit nobis q̄sumus uirtus spiritus sancti. ⁊c. Qz si fiat ibi mentio primo de spiritu sancto. ⁊ postea de filio. tunc subicitur in fine imediate qui tecuz. ut in illa. Mentes nostras quesumus domine paraclitus. ⁊ in illa. Ure igne. ⁊c. ¶ Rursus qn̄ ad patrem dirigimus sermonez orādo ut ipse det nobis spiritū uiuificādi uel huiusmodi. tūc dicitur ꝑ dn̄m. siue ꝑ eundem. uel eiusdez. ut in illa que dicitur in benedictione cineris ¶ Deus qui humiliatione. ⁊c. ⁊ in illa que dicitur in benedictione fontis. ¶ Omnipotens sempiterne deus respice. ⁊c. Si autem sermo ad filium dirigitur. ut in illa oratōne. Excita domine potentiam tuam ⁊ ueni. ⁊ similiter in alijs collectis de aduentu domini. ⁊ in illa. Deus qui uirginalem aulam. ⁊c. tūc dicitur in fine. qui uiuis ⁊ re. cū deo pa. in uni. s. s. de. ⁊c. Et si fiat ibi mentio de patre tūc dicitur. qui cum deo patre. ⁊c. ut i illa oratione canonis. Domie ihesu christe fili dei. ⁊c. Si uero sermo dirigit ad spiritum sanctum. dicunt quidā q; tunc dicitur in fine. qui cum pr̄e ⁊ filio uiuis ⁊ regnas. ⁊c. Uerūtamē omnis oratio dirigitur ad patrem uel ad filium ⁊ nulla ad spiritū sanctum. quia spiritus sanctus est donū ⁊ a dono non petitur donuz. sed potius a largitore doni. petitur ergo a patre ⁊ filio ⁊ ad eos sermo dirigit tanq; a donatore. ⁊ nō a spiritu sancto qui est donum. ⁊ pariter ab utro q; ꝓcedit. Si autem ad totam trinitatem sermo dirigitur. tunc dicitur in fine. per dn̄m. siue per eundez. ut in illa oratione canonis. Suscipe scā trinitas. ⁊ in illa que dicitur in fine misse. placeat tibi sācta trinitas. In quibus dicitur. per christum dominum. quod succedit in orationibus in locum. per dominum enim causa breuitatis. Idemq; est si in oratione que ad deum patrez dirigitur de eo mentio fiat. ut in illa. Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis. tūc dicunt quidā. qui uiuis et re. u. d. ꝑ oia se. s. Alij uero itelligentes q; oratio ipsa ad deum si dirigatur dicunt tunc. q̇ uiuis ⁊ re. in uni. s. s. d. ꝑ. o. s. s. et in illa oratione. Fidelium deus oium cōditor. Tota nāq; trinitas cōditor ⁊ redēptor est. licet christus ꝓprie sit redēptor. potest

etiam dici ꝙ oratio que ad trinita
tem dirigitur concluditur ſine aliq̄
perſonarum diſtinctione ſic. qui ui.
⁊ re. de. p o. ſ. ſ. Uel conuertat orãs
ſermonem ad ſe uel ad populum. d.
quod ipſe preſtare dignetur. et ſic
etiam concluditur in oratiõibus be
nedictionalibus. ¶ Sane in oratõe
in qua ſermo dirigitur ad caput ec
cleſie uidetur debere dici. qui uiuis
⁊ regnas. cum chriſtus ſit caput ec
cleſie. extra de ſacra unctione. c. i. ſ;
non eſt ita. Tota nãq; trinitas eſt ca
put eccleſie. ideoq; dici debet. p do
minum noſtruz. In exorciſmis uero
ad expellendum demonem aliter di
citur. quoniam in aque benedictiõe
dicitur. p eum qui uenturus eſt iudi
care uiuos ⁊ mortuos ⁊ ſeculuz per
ignem. Similiter in catbecimis dici
tur. qui uenturus ẽ. ⁊c. quãdo enī
diabolus audit chriſtum eſſe uentu
rum iudicare ſeculū per ignem. fugit
timens iudicium ignis. quia ſcit ſe
poſt diem iudicij eterno igne pmen
dum. Eadem quoq; ratiõe dixit ma
giſter Gilbertus. ꝙ orationes in ex
equijs mortuorū debent ſimili mo
do finiri. Cõmunis tamē uſus eccle
ſie tenet ut dicatur. per dominum
noſtrum. ⁊c. In illa tamen oratione
Fidelium deus omnium conditor.
debet dici. qui uiuis ⁊ reg. ⁊c. ut p̄
miſſum eſt. Et aduerte ꝙ orationes
in laudibus in miſſa ⁊ in ueſpis ſub
eodem ⁊ ſolemniori tono dicuntur.
p eo ꝙ ille bore ſolemnius ⁊ feſtiui
us in eccleſia dicuntur. in alijs uero
horis ⁊ officijs alius tonus minus
ſolemnis ſeruatur. tum quia minus
ſolemniter dicūtur. tam quia ille ad
alium referri poſſunt ſignatum. om
nibus autez orationibus preterq; ex
orciſmis premittitur. oremus. non
tamen ſemp. dñs uobiſcuz. ut dictū
eſt in p̄cedenti ti. ¶ Sequitur uide
re quare orationes q̄ circa p̄ncipiuz
miſſe dicuntur collecte uocantur. et
quidez ideo. quia ſacerdos qui fun
gitur legatione ad deum pro popu
lo in eis petitiones omnium in unū
colligit ⁊ concludit. ut eis ad domi
num referat. ꝓprie tamen dicuntur
collecte que ſuper collectuz populū
dicuntur. puta in ꝓceſſionibus. uel
cum colligitur populus ad ſtationē
faciendam. ut de una eccleſia proce
dant ad alteram. lix. di. qm̄. de con.
di. v. cõuenit. In urbe naq; quelibz
eccleſia ſtationalis habet aliquaz ec
cleſiam ſibi uicinam. in qua colligit̄
populus die ſtationis. ⁊ ibi dicitur
collecta ſuper collectum populum.
⁊ inde omnes ſimul ad eccleſiam in
qua fit ſtatio accedunt. Unde in cõ
cilio agathen. de con. di. v. cõuenit.
in fi. dicitur ꝙ plebs collecta orati
one ad ueſperam dimittatur ab epi
ſcopo cum benedictõne. ⁊ eſt ſump
tum hoc nomen de Leuitico. ubi ce
nophegia que eſt ultimum feſtoruz
legaliuz collecta uocatur. p eo quia
in fructuuz collectione fiebat. ⁊ figu
rabat futuram operum noſtrorum
collectionem. cum dicetur. Ecce ho
mo ⁊ omnia opera eius cum eo.
Orationum varij fuerunt doctores
quaruz numerus ⁊ uarietas intantū
excreſcebat ꝙ octauum affricanum
concilium ſtatuit. ut nulle preces uł
orationes uel miſſe uel prefationes
uel cõmendationes. uel manus ĩpo
ſitiones dicantur. niſi in concilio fu
erint approbate. et Gelaſius papa
tam a ſe q̄z ab alijs compoſitas p̄ceſ
dicitur ordinaſſe. Beatus Grego. ſe
cluſis his que nimia uel incõgrua ui
debantur. rationabilia coadunauit
congrua. multa nihilominus per ſe
neceſſaria ſuperaddens. ¶ Ceteruz
quidam modum ⁊ ordinem excedẽ
tes intantum orationes multiplicãt
ut auditoribus tedium generent et
faſtidiū. q̄ſi deus ⁊ homo uerboruz

multitudine flecti possit. ut premissum est. de conse. di. v. nō mediocriter. Cum econtra psalmis dicat. Cum multiplicaueritis orationes uestras non exaudiam. ⁊ dominus in euāgelio dicat. Cum oratis nolite multuz loqui sicut ethnici faciunt. putant eniz in multiloquio exaudiri. Unde cum ei dixissent apostoli. domine doce nos orare. compendiosam eos orationem docuit. pater noster. ⁊c. Huiusmodi ergo orationis formaz sequentes sacerdotes in missa septenarium orationis numerum nō excedunt. Nam christus septez petitōnibus omnia corpori ⁊ anime necessaria comprehendit in illa. prout sub eo dicetur. Quia uero numero deus gaudet impari. quidam obseruant ut impares dicant in missa oratiōes uidelicet uel una tantum. sicut una epistola. uel unum euangeliuz dicūtur. ⁊ iste numerus est ordinarius. uel tres. uel quinq3. uel septem. Unā ad designandum fidei unitatem. uel unitatis sacramentum. Tres ad significandum misterium trinitatis. et quia christus ter in passione orauit dicens. pater si fieri potest trāseat a me calix iste. Quinq3 ad designādū quinq3 plagas christi. seu in quinq3 partitam christi passionem. Septez ad designanduz spiritum gratie septiformis. seu septem dona spiritus sancti. deus enim diuisionem et discordiam detestatur. Unde cum ceterorum dierū operibus ben diceret operibus tamen secunde diei bene dixisse nō legitur. eo q binarius numerus primo ab unitate recedat. et ab eo ceteri diuisibiles numeri originem sortiuntur. ⁊ impar numerus mundus est. xxxij. q. i. nuptie. Et nota q in summis festis tantūmodo dicitur una collecta. nisi forte eadez die aliud festum concurrat. ¶ Sciendum quoq3 est q totidez collecte ⁊ eodē ordine dici debent. in ⁊ post cōmunione quot precesserunt ante epistolam in exordio misse. nec plures nec pauciores. finis nanq3 debet suo principio ⁊ postcōmunio collecte ⁊ secretelle precedentibus conuenire. ¶ Cauendum est etiam quia si collecta pro defunctis intermisceatur in missa que dicitur pro uiuis non finalis sed penultima uel antepenultima dicatur. quis finis debet ad suum principium retorqueri. de cōsecra. di. i. nullus episcopus. semper enim facienda est memoria pro defunctis. prout dicet sub decima particula secrete sup uerbo. Memento etiam domine ⁊c. quia etiam illi uiuorum ⁊ etiam sanctorum in quorum honore celebrātur qui uita glorie uiuant auxilio egent. Sed in missa pro defunctis intermisceri nō debet collecta pro uiuis. etiam ut quidam dicunt illa cōmunis. Deus qui uiuorum dominaris ⁊c. ab Aug. cōposita. ad notandum q defuncti iuuare nequeunt uiuentes eterna uita licet ipsi iuuari ualeant ab utrisq3. In missa tamen p defunctis potest ut quidaz dicunt esse penultima collecta de sanctis. ⁊ econuerso. Inno. papa primus composuit quatuor collectas pro mense septembri. Innocen. uero papa tertius composuit illam. A cunctis nos q̄sumus domine mentis ⁊ corporis. ⁊c. In ecclesia lateran. nunq3 dicitur oratio. sed in missa ⁊ in omnibus horis loco orationis alta uoce pnuntiatur oratio dominica. que inno. t. prima oratio fuit. Nam ⁊ in primitiua ecclesia sic fiebat. ¶ Sane pōtifex seu sacerdos dum orare seu orationem dicere incipit manus eleuat ⁊ extendit. iuxta illud. manus demissas erigite. et genua debilia roborate. ⁊ romano pōtifici ac etiam alijs episcopis i multis ecclesijs ministri astātes manus

eleuatas sustentant. que manuuz ele
uatio a lege sumpsit exordiuz. Legi
tur enim in Exo. xvj. c. et. xxxvj. dis.
si quis. Q2 cuz israbel pugnaret ad
uersus amalech in deserto. moyses
ascendit super uerticem collis. cúq3
leuaret manus uicebat israbel. si ue
ro paululum remisisset. amalech po
pulum superabat. Aaron autem et
hur sustentabāt manus eius ex utra
q3 parte. Legitur etiaz tertio Regū.
c. viij. q3 salomon stetit ante a tare
domini in conspectu ecclesie israbel
ꝛ expandit manus suas in celū orās
ꝑ populo. ꝛ Genes. xiiij. Leuo ma
num meam ad dominuz deum excel
sum. Eleuatio autez ipsa representat
q3 christus eleuatis manibus fereba
tur in celuz. uel eleuat manus ad in
star saluatoris in cruce pendentis.
unde illud. Eleuatio manuum mea
rum sacrificium uespertinuz. Exten
sio uero manuuz ideo fit. Nam chri
stus cum expandisset manus i cruce
ꝑ persecutoribus orauit dicens. pa
ter mi dimitte illis q2 nesciunt quid
faciunt. Moraliter instruens q2 chri
stus semper paratus est recipere pe
nitentes. iuxta illud quod ipse ꝑmi
sit. Omnis qui uenit ad me non eici
am foras. Quidam tamē perfidi he
retici derident huiusmodi manuum
extensionez. ꝑpter illud ysaie. Cum
extenderitis manus uestras. auertaz
oculos meos a uobis.

De Epistolla Rica.

ORatione finita dicitur epi
stola que significat doctri
nam apostolorum. elegan
ter autem illam precedit oratio. q2
legitur Luce. x. c. Rogate dominum
messis ut mittat operarios suos in
messez suam. Sane epistola ergo
latine supermissio. uel supereroga
tio dicitur. ab epi quod est supra
et stolon missio. Missa enim est ab
apostolis supra legem moysi. supra
psalmos et prophetas. supra euan
gelium. sicut et prophetie supra le
gem. Unde ꝛ littere de una persona
ad aliam misse appellantur epistole
supramisse. quasi misse supra. seu ꝑ
ter id quod refert nūtius uiua uoce
sicut ꝛ apostolus supra id quod di
xerat ephesijs. corinthijs. ꝛ alijs epi
stolas mittebat. Legi debet epistola
secundum magistrum petrum antio
siodoren. in dextera parte ecclesie.
quia christus primo uenit ad iude
os qui dicebantur in dextera esse.
melius tamē fit in medio ecclesie. ꝑ
eo q3 Johannes fuit medius inter
apostolos et prophetas. ut iam di
cetur. Dicitur quoq3 epistola in lo
co inferiori. euangelium in superio
ri. et supposito panno. de quo sub
euangelio dicetur. ¶ premittitur
autem epistola euangelio. epistola
namq3 designat officium quod Jo
hannes ante christum exercuit. qui
preiuit ante faciem domini parare
uias eius. sicut ipse testatur. Ego
uox clamantis in deserto. parate ui
am domini. Johannes ergo quasi
subdiaconus ꝛ subminister illius q
de se dicit. Non ueni ministrari sed
ministrare. Unde sicut predicando
Johannes precessit predicationem
christi. ita epistola euangelium pre
cedit. Gerit quoq3 epistola figuraz
legis et prophetie que christi aduē
tum precesserunt. sicut ipsa euange
lium precedit. precessit quidem lex
euangeliuz. sicut umbra lucem. sicut
timor caritatem. et initium perfecti
onem. ¶ Sane subdiaconuz episto
lam lecturum unus tantum comita
tur acolitus. quia predicationez Jo
hannis secuti sunt. quoniam lex ne
minem ad perfectuz ducit. Sed dia
conum euangelium lecturū tam sub
diaconi q3 acoliti ꝛ ceteri comitant

quia predicationeȝ euangelij que ꝑ
fectum facit plurimi susceperunt.
Dici etiam potest ꝙ per subdiaconi
ꝛ diaconi ad legendum processum
duplex christi manifestatio per du
plicem eius aduentum significatur.
quorum primus unum tantum ha
buit precursorem. s. Johannem qui
per subdiaconum precedentem sig
nificatur. Secundus duos habebit
uideliȝ Enoch ꝛ heliam. qui per du
os uel plures precedentes diaconuȝ
figurantur. ¶ Facies autem episto
lam legentis respici debet altare qđ
christum significat. quia Johannis
predicatio se ad alios dirigebat in
christum de cuius uultu iudicium ꝛ
equitas prodeũt. ex. ut eccle. bene.
ut nostruȝ Js uero qui precedit sub
diaconum euntem legere non uertit
faciem ad legentem. quia Johannes
non ad se audientes sed potius ad
christuȝ se dirigebat. sed qui diaco
num eunteȝ legere precedebant. nũc
respiciunt ad euangelium ꝛ ad faciẽ
recitantis. Primo ut ex mutua utri
usqȝ inspectione amor caritatis chri
sti notetur qui in euangelio predica
tur. Secundo ut se esse cõteites euã
gelice doctrine ostendant. sicut legi
tur in ysaya. Uos estis mei dicit dns
Quia uero Johannes fuit limes pre
cedentium ꝛ subsequentiuȝ medius
inter apostolos ꝛ prophetas. Nam
lex ꝛ prophete usqȝ ad Johannem.
ꝛ ex eo regnum dei euangelisatur. iđ
epistola nec semper legitur de pro
phetia. nec semper de aplis. sed iter
dum sumitur de ueteri testamento.
interdum de nouo. Johannes enim
cuius uocem representat epistola cũ
antiquis christum predixit futuruȝ
dicens. Qui post me uenit ante me
factus est. ꝛ cũ modernis christum
ostendit ꝑsenteȝ dicens. Ecce agnus
dei. ecce ꝗ tollit peccata mundi. In
terdũ ergo sumitur de aplis. qꝛ licet
eorum doctrina nõ precesserit euan
gelium. tñ ad uitam actiuam refert᷑.
sicut lex ꝛ prophetia. ꝛ interdum de
ueteri testamento. raro tñ. qꝛ uelum
templi scissum est. nec ponenduȝ est
ante oculos uelum. Epistola tñ non
legitur de quinqȝ libris moysi. ꝗa in
illis temporalia ꝓmittebantur. In
cuius signum lectiones de illis sum
pte terminãtur in grauem accentuȝ.
ut iam dicetur. ¶ Considerandum
autem ẽ. ꝙ quãdo lectio uel epla de
libris moysi uel salomonis sumitur
nomen eorũ recitatur. ut dicetur in
prohemio sexte partis. Item ĩ eplis
que sumunt᷑ de ꝓphetis uel de acti
bus aplorum. siue de apoca. ponit᷑
in principio hec oratio. In diebus
illis. ꝛ in fine dicitur. ait dñs omni
potens. eo ꝙ in libris illis hoc sepe
scriptum inuenitur. Eadeȝ etiam ra
tione dicitur in eplis Jacobi ꝛ petri
Carissimi. ꝛ in eplis pauli. fratres.
ꝛ in christo ihesu dño nr̃o. In epla
tamen ad hebreos dicunt quidam
nõ debere apponi fratres. eo ꝙ apo
stolus suspectus erat hebreis. sȝ me
lius ẽ ut apponatur. quoniaȝ quidaȝ
boni erant inter eos. ut ipse eos in
quodam loco eiusdem epistole ip
se uocat fratres. propter premissaȝ
etiam causam dicitur in euangelio
In illo tempore. proprie tamen lo
quendo nulla epistola est de uete
ri testamento. sed ille lectiones uo
cantur. ¶ Porro licet in epistolis
que de apoc. legunt᷑ dicatur. Lectõ
libri apoc. beati Johãnis apli. In ꝗ
busdã tñ ecclijs ꝛ epistolis tacetur
illud uerbũ beati. Certum ẽ enim ꝙ
beatus ꝑcipue fuit inter oẽs aplos
a christo dilectus. Dilectio autẽ dei
bonos nos efficit. quia beatus quẽ
elegisti ꝛ assumpsisti. hac ergo consi
deratione eum sicut ceteros sanctos
supantem ẽ beatitudinis titulo sanc
tum ostendere. ꝛ solũ quodãmodo

facilius adiuuare. cum ipse uelut ti
tulus per se patens effectuz beatitu
dinis. scilicet dilectionem dei cui dē
tur pre ceteris sit sortitus. ¶ Cete
rum nullus debet epistolam solem
niter in ecclesia legere. nisi sit subdi
aconus. qui si forte defuit dicatur a
diacono. de quo dictuz est in secun
da parte sub titulo de subdiacono.
⁊ de diacono. uel etiam a sacerdote
Melius enim est ut sacerdos etiam
missam cantans illam legat. q̃z si ab
acolito uel alio inferioris ordinis le
gatur. ¶ Circa hoc autez notanduz
est. ꝙ populi instructio fit ꝑ uerbū
dei. quod quidem a deo ꝑ eius mi
nistros ad populum peruenit. ⁊ iō
ea que ad plebis instructionem per
tinent nō a sacerdote sed a ministris
dicuntur. Ministerium tamen uerbi
dei triplex est. primum auctoritatis
quod cōpetit christo. qui minister
dicitur. ad Ro. xv. Erat enim sub po
testate docens. Secunduz manifeste
ueritatis. quod competit predicato
ribus noui testamenti. de quo dicit᷑
in. ij. Corith. iij. Qui ⁊ idoneos nos
fecit ministros. Tertium figuratōis
quod competit predicatoribus ue
teris testamenti. ideoq̃z doctrinam
christi ꝓponit diaconus. Doctrina
uero predicatorum ueteris testamē
ti proponitur per subdiaconos. nec
obstat ꝙ aliquando per eos legitur
loco epistole aliquid de ipso ueteri
testamento. quia predicatores noui
testamenti etiam uetus predicant.
¶ Ceterum doctrina predicatoruz
ueteris testamenti nō semper legit᷑.
sed illis diebus quibus precipue cō
figuratio noui ⁊ ueteris testamenti
designatur. ut in ieiunijs quatuor
temporum. ⁊ quando aliq̃ celebran
tur que in ueteri lege figurata sunt.
sicut passio. natiuitas. baptismus.
⁊ aliquod huiusmodi. ⁊ qm̃ utraq̃z
doctrina ordinat᷑ ad christuz ⁊ coꝝ

que sequebātur. ideo doctrina chri
sti postponitur quasi finis. ¶ Cuz
autem dicitur epistola genua nō fle
ctimus. cum ad nouum pertineat te
stamentuz. imo sedemus. quia doc
trina in silentio ⁊ quiete audiēda ē.
Usus etiam sedendi a ueteri testam̄
to assumitur. sicut in Esdra legitur.
Milites tamen stare consueuerunt.
qm̄ epistole pauli leguntur in hono
rez eius qui miles fuit. Unde i signū
militie sue depingitur cuz ense i ma
nu. uel ideo quia ipse suam predica
tionem euangelium nominauit. Et
est sciendum ꝙ nunq̃z in quadrage
sima legitur epistola pauli. nisi tan
tum in cena domini. que ad nouum
pertinet testamentuz. ¶ Sane lecti
ones apostolicas uel euangelicas q̇s
ante sacrificium dici debere statuit
non omnino certuz est. Creditur ta
men ꝙ primi successores apostolo
rum. eo ꝙ in illis cadez sacrificia ce
lebrari inueniuntur. Queritur autem
quare prophetias i uoce inferius de
flexa. euangelium uero ⁊ epistolam
uoce exaltādo finimus. Respondeo
per prophetiam que est de ueteri te
stamento sinagoga que inclinata est
⁊ cecidit intelligitur. ideoq̃z inclinā
do uocem ⁊ quasi cadendo prophe
tia finitur. Hinc etiam est ꝙ sinago
ga depingitur quasi fracta hasta ue
xilli. Per euangelium uero ⁊ episto
lam ecclesia militans representatur
que exaltata est. ⁊ ideo illa cum exal
tatōne uocis finiuntur. ¶ Preterea
in ueteri testamento temporalia et
caduca ꝓmittebant᷑. in cuius figura
lectiones in grauem accētum termi
nantur. In nouo uero testamēto spi
ritualia ⁊ eterna. In cuius rei signuz
euangeliuz ⁊ epistola in accentuz ter
minantur acutum. Quedam tamen
lectiōes de ueteri testamēto sumpte
que in officio misse pro eplis sepe le
guntur in acutū terminātur accentū

ꝛ sub tono epistolari legūtur cū eni tunc in locum epl'e succedāt merito ꝛ quo ad hoc ꝛ quo ad nomē illarū debent imitari formam.

De Graduali Rica.

POst lectam epistolam subdiacons cū acolito ad sacerdotem accedit. illud innuens ꝙ Johannes cum audisset in uinculis opera christi. misit duos ex discipulis suis nō credentes christū esse messiam. ut interrogarent illum Tu es qui uenturus es an alium expectamus. ꝛ respondens ihesus ait illis. Euntes renūtiate Johanni que uidistis ꝛ audistis. ceci uident ꝛc. ut dicet in sexta parte sub tertia dñica aduentus. Quia uero illi per uisa miracula cognouerūt hunc esse d quo eorū magister predixerat. Qui post me uenit ante me factus ē. cuius nō sum dignus soluere calciamenta sua Ideo pronus ad pedes calciamentū romani pōtificis subdiaconus osculatur. quia dextera dñi fecit uirtutē Ideo subdiaconus in quibusdaz ecclesijs osculatur dexteraz sacerdotis

Ad hoc lecta epistola subdiaconus librum clausuz epo representat ipse uero super illum manum ponit quaz subdiaconus osculatur. Nempe episcopus christum figurat cui clausus liber p̄sentatur. ad designandu ꝙ solus christus potuit aperire librum ꝛ soluere signacula eius. in quo ꝛ ipse christus et eius misteria clausa erāt. donec cepit ab ipso christo p predicationē euangelij aperiri Christus autē legem in qua clausus tenebatur opere impleuit. qui non uenit legem soluere sed adimplere. quod significat manus impositō super librum. Manus enim opus significat. ipsa quoqꝫ manus positio significat desiderium ꝛ promissionem credendi. ꝛ opere complendi que lecta sunt. Quia uero nemo accipit benedictionem in lege promissam. nisi qui cum amore qui per osculuz designatur opere perficit quod sermone alios facere docet. Ideo ad hoc designandum subdiaconus benedictioneȝ accepturus manum episcopi osculatur. Rursus quia pōtifex ut premissam est christum representat. subdiaconus ꝛ ceteri debent ei actus suos humiliter subdere. ꝛ ab ipso benedictionis gratiam postulare. Unde in euangelio. Cum omnia bene feceritis dicite. serui inutiles sumus. quod debuimus facere fecimus. et subsequenter episcopus uel sacerdos subdiacono benedicit quia ꝛ christus commendauit Johannem dicens. Quid existis uidere in deserto prophetam. etiam dico uobis plusqꝫ propheta. amen dico. Inter natos mulieruz. ꝛc. Subdiaconus ergo post finem. diacon⁹ uero ante principium lectionis ad sacerdotem accedit ꝛ exhibet reuerentiam. quia lex finem accepit in christo. sed euangelium originē sumpsit ab ipso. Nam lex ꝛ prophete usqꝫ ad Johannem. euangeliuz christi ꝛ epistole post Johannem. In missa uero pro defunctis subdiaconus lecta epistola non uenit ad osculuz manus. tum quia ibi cessat ratio supra dicta. tum quia in illa missa quelibꝫ solemnitates subtrahuntur.

De sessione sacerdotis uł' episcopi et ministrorum Rica.

ORatiōe finita sacerdos seu ep̄us sedet. Et ē notanduz ꝙ in misse officio tribus horis sedet. uidelicet dum epistola legitur. De quo in titulo de mutatione sacerdotis dicetur. Secūdo etiam dum responsorium ꝛ alleluia

cantatur. significans tres dies quibus dominus sedit iherosolimis in templo in medio doctorum audiēs ⁊ interrogans illos. Sedens autem stat conuersus ad populum. ut ostēdat potestatem sibi a deo esse dataꝫ ꝙ possit speculari ⁊ superintēdere q̄ stant i ecclesia humiliter que sup̄be anime enim ei cōmisse sunt. ⁊ de illꝰ est rationeꝫ redditurus deo. Sedet etiam in loco eminentiori. ut quasi uineator custodiat uineam suam. et populo superintendat. Nam ⁊ dn̄s in alta polorum sedens custodit ciuitatem suam. ❡ Porro oratio que dicitur ante epistolam priusq̄ꝫ sacerdos sedeat spetialiter significat tempus illud quo christus in celuꝫ ascēsurus apostolis benedixit. Sessio uero que sequitur significat christi sessionem post ascensioneꝫ ad dexterā patris. Unde sessio sacerdotis uictoriam christi designat. ut dicetur sub titulo de mutatione sacerdotis. Sessio ministrorum significat sessioneꝫ ipsorum quibus dicitur. Sedebitis uos super sedes iudicantes duodeci tribus israhel. scilicet illos qui in celestibus iam regnant. Qui uero in choro laborant. illos qui adhuc in mundo peregrinantur. Unde lectores ⁊ cantores ad officium surgētes negotium dei agunt. quibus dicitꝰ. Negotiamini dum uenio. Quidam ergo ministrorum cum episcopo sedent. per quos christi membra i pace iam quiescentia intelliguntur. de quibus apostolus. Consedere fecit nos in celestibus in christo. Aut illi qui iudicabunt duodecim tribus israhel. Alij uero stant. per quos christi membra adhuc in certamine posita intelliguntur. Nempe pontifice sedente in quibusdam ecclesijs candelabra mutātur de locis suis. ⁊ collocantur i ordinē unius linee a p̄mo usq̄ꝫ ad altare. Ad notandū ꝙ ō plenitudine christi omnes accepimus i spiritus unitate. sed gratiarum uarietate. diuisiones enim sunt gratiarū idem autem spiritus. de cōsecra. di. iij. cum omni. Spiritus enim a primo cereostato seu candelabro. id ē a christo precedens ⁊ usq̄ꝫ ad altare id est electorum corda perueniēs alternatim in mēbris dona uariat gratiarum. Et memento ꝙ acoliti deponunt candelabra in terram. quoniaꝫ post peracta predicationis officia per humilitatem agnoscunt ꝙ sunt puluis ⁊ cinis. sicut dixit abraham. Loquar domino cum sim puluis et cinis. In romano ordinario legitur. ut pontifex non sedeat donec post primam orationem dicatur amen. Non ergo debet sedere usq̄ꝫ ad lectionem. quoniam precedens officiuꝫ gratulationi de aduentu ⁊ operibus christi deputatur. Episcopus enim christum uenientem ⁊ operantem significat. Ceteri uero eos qui p̄ibāt et qui sequebantur. et qui obuiabunt representant.

❡ De Graduali Rica.

Post epistolā cantatur graduale seu responsoriū qđ pertinet ad opera actiue uite. ut notetur nos operibus respōdere eis que in lectione audiuimus scilicet predicationeꝫ. ❡ Rursus ꝙ Johannes predicabat penitentiam dicens. Penitentiam agite appropinquabit eni regnū celorū. ⁊ iterum. Facite dignos fructus penitētie. Merito post ep̄lam graduale sequitur. qđ penitētie lamentū insinuat. p̄pt̄ qđ in diebus pēthecostes de officiō tollitꝰ. ut iam dicetꝰ. Tertio iō post ep̄lam graduale seq̄tur. q꞉ post p̄dicationem Johannis discipuli secuti sunt christum. sicut Johannes euangelista describit. d. Stabat inquit

Johannes ⁊ ex discipulis eius duo. ⁊ respiciens ihesum ambulantez dixit. Ecce agnus dei. ⁊ audierūt duo discipuli eum loquentem. et secuti sunt Johannem. ¶ Ad hoc cantus epistolaȝ comitatur. quia predicatōnes predicatorum secute sunt gaudium ecclesie. ⁊ dei laudes ⁊ preconia de credentium conuersione. quia ꝑ graduale conuersio de iudeis. ꝑ uersum conuersio de gentibus. per alleluia utriusqȝ in fide leticia. ꝑ sequentiam canticum uictorie figuratur. Alia ratio ponetur sub titulo de tractu. ¶ In quibusdam tamen ecclesiis graduale ante epistolam cantaꝛ. ad notandum ꝙ predicator prius opere ⁊ postea uerbo debet docere Dicitur autem graduale uel gradale a gradibus scilicȝ humilitatis. significans ascensus nostros de uirtute ī uirtutem. sicut filij israhel de mansione in mansionem ꝓcesserunt. ut tādem uideatur deus deorum in spon Unde in deutro. Terra nostra montuosa est. hec terra est celestis iherusalem. que per cogitationeȝ celestiū habetur. conuenit enim generale illi qui nec dum ascendit de uirtute in uirtutem. sed adhuc in conualle positus lachrimarum. iam tamen ascensiones ī corde disposuit. Rectius ergo faciunt qui graduale nō festiuis ⁊ modulatis uocibus offerunt. sed quasi cantum grauem ⁊ asperuȝ simpliciter potius et lamentabiliter canunt. tamen responsorium ꝑ quod ⁊ predicatio noui testamenti figuratur. altius lectionem ⁊ epistolaȝ que significant predicationeȝ ueteris testamenti cantur. ut si quis forte auribus obduratis depressa āmonitione ueteris testamenti non excitatur saltem excelsa modulatione noui demulceaꝛ. Uerūtamen lector ⁊ cātor officiū suum ipleturi ⁊ gradū ascendunt. quia doctor perfectione uite uulgus trāscendere debet. iiij. disti. statuimus. Potest etiam dici ꝙ per epistolam Johannis. per graduale apostolorum predicatio intelligiꝛ. ꝑ alleluia deuotio ⁊ leticia. Rursus per lectionem uetus. per cantum nouum intelligitur testamentum. sicut ergo cantus suauior est lectione. sic nouum testamentum suauius est ueteri. Secūdo dicitur graduale a gradibus altaris. sic ⁊ alleluia cantatur ad notandum premissos uirtutum gradus. In profestis uero diebus in medio chori ante gradus altaris cātatur. ad significandum ꝙ in corde quod est in medio corporis premissos gradus fundare debemus. Tertio dicitur graduale. quoniam apostoli post dominum gradiebantur. ut iam dicetur. ¶ Responsoriuȝ uero dicitur qꝛ uersui uel epistole correspōdere debȝ. ut si in epistola agatur de gaudio. ⁊ in responsorio similiter. si ibi de tristicia. ⁊ hic similiter ne possit nobis iproperari quod dominus dicit. Cātauimus uobis ⁊ nō saltastis. lamentauimus ⁊ nō plorastis. Unde aplus. Gaudete cuȝ gaudentibus. ⁊ flete cum flentibus. Dicitur etiā responsorium qꝛ choro respondente illud incipiētibus cantatur. ꝓpter quod significat uitā actiuam. in qua sancti se adinuicēȝ hortantur. ut ad eternaȝ ꝑueniant uitā. Potest tm̄ responsoriū ad responsionem aplorūȝ referri. qm̄ christo uocante ⁊ dicēte. Uenite post me. ipsi non tm̄ uerbo sed opere respōderūt quia relictis oībus secuti sunt eum. ⁊ gradiebantur post dn̄m. discipuli post magistrum. de hoc diceꝛ in ꝓhemio quite ptis. ¶ Significat aūt graduale seu responsoriū laborātes in hac uita. ⁊ ideo non dicitur infra octauas pasche ⁊ penthecosten. per quas octaue nr̄e resurrectionis designātur. qn̄ oīs laboris exꝑtes erimꝰ

Absterget deus omnē lachrimā ab oculis sanctorū suorum. itaq; i graduale seminamus. i alleluia metem⁹ Uersus responsorij sic uocatur. qm̄ de eo fit reuersio ad ipsuʒ responsorium. ꝓut sub titulo ꝺ alleluia dicetur. ¶ Rursus graduale bonū opus ⁊ uitam presentē in qua seminam⁹ ⁊ a domio peregrinamur significat. Uersus uero adiutorium designat. uersus ergo post graduale canit᷑. q2 adiutorium nobis est necessarium quādiu i hoc ergasculo detinemur. Graduale plane incipitur. ne nimis uersus ascendat. in quo designātur qui religionem propter eius austeritatem ingredi metuunt. uersus uero alte in quo designātur qui ieiunando orando. ⁊ alia bona faciendo ascendunt non timentes carnem quaʒ cum uicijs ⁊ concupiscentijs mortificant. Ad hec quādoq; unus solus uersum cantat. ad monendū ꝙ quisq; secum fragilitatem suam tractet. ⁊ quāꝫ gradum timore uersus alte non inchoetur. In quo etiam significantur hij qui consideratōne ꝓprie fragilitatis quicquid agunt humilius agunt. finito tamen uersu uox fiducialiter exaltatur. in quo designatur ꝙ de misericordia dei confisi fiducialiter omni sue actioni insistūt. Cantatur autem graduale a ꝑfectis prout in ti. sequenti dicetur. porro responsoriuʒ quod in missa cantat᷑ nec perfecte nec imperfecte repetit᷑ nec enim gloria patri subicitur. qꝺ tamen in respōsorio aliorū fit horaruʒ. ¶ Circa quod attendendū est ꝙ alie canonice hore institute sunt ad referendū deo laudes pro diuersis beneficijs in illis horis ab eo receptis. hinc est ꝙ lectio i illis primo dicitur in qua beneficium uel pars eius in illa hora datum designatur. postea cantatur respōsoriuʒ in quo laus bn̄ficio correspōdet. quia ergo laus repeti debet. iuxta illud apl̄i. Gaudete in domino iterū dico gaudete. id est laudem deo dicite. ideo huiusmodi responsorium repetitur Sed ⁊ quia quis benefactori suo tenetur. deo uero nihil aliud possum⁹ nisi gloriam ⁊ honoreʒ offerre. ideo in fine respōsorij ⁊ cuiuscūq; nocturni nisi in lectionibus aliquod beneficium totum uel pars eius est repetitum referimus gloriam ⁊ gratiam trinitati. Responsorium autem qꝺ in missa cantatur gratiam designat. ut premissum est. responsioneʒ apostolorum christo eos uocante omnia relinquentiuʒ. quia ergo illi nihil retinuerunt pro quo iterum eos uocari oporteret. ideo responsoriū illud nullo modo repetitur. licet nec cum gloria patri finitur. quia nō ad gloriam sed ad luctum uocati sunt. dicente domino in luc. Sicut misit me pater et ego mitto uos. Et nota ꝙ Gre. Ambro. Gelasius cōposuerūt gradualia tractus ⁊ alleluia. ⁊ ea ad missam cantare statuerūt. Ceterum quādoq; solum responsoriū cantat᷑ in missa. quandoq; solum alleluia. quādoq; responsoriuʒ cum alleluia. quandoq; cum tractu. qn̄q; alleluia cū tractu. de quo dicet᷑ in sexta ꝑte sub ti. de septē diebus post pascha.

¶ De Alleluia. Rica.

Quia post luctum sequitur cōsolatio. Nam beati qui lugent quoniā ipsi cōsolabuntur. iꝺ post graduale cātatur alleluia. quod ē leticie canticuʒ ⁊ auditum ab angelis decantari. sicut legitur in apoc. ¶ Rursus quia ascensus de uirtute in uirtutem quos ꝑ graduale diximus significari. sepe tediosi essent nisi gaudiū hērent admixtū. sicut filijs israhel multa incōueniētia acciderūt. qn̄ de mansione

in mansionez pcesserunt. ideo post
graduale cantatur alleluia. Thobie
penul. platee tue sternētur auro mū
do ꝛ candido. ꝛ in uicis eius canta
bitur alleluia. ❡ Est autem alleluia
laus angelica. sententia quidem bre
uis magnuz continens iubilum. siue
incitans ad iubilum. Jubilat eniz ec
clesia sciens ꝙ grandis restat uita uſ
ꝗꝫ ad montem dei oreb. qđ interp̄
taꝛ mensa. timens ꝙ fideles obdor
miant in fide ꝛ faciant uitulum con
flatilem. id ē lasciuiant in temporali
bus. Et est alleluia hebraicū nomen
uocabulum siquidez significans. po
tius ꝙ̄ exprimens ineffabile gaudiū
ab hac uita peregrinum. gaudiū ui
delicet angelorum ꝛ hominuz ī eter
na felicitate lerantium. qđ nec ocu
lus uidit nec auris audiuit nec ī cor
ho. ascē. Cuius uerbi expositio secū
dum Inno. iij. ex. cxij. psalmo habe
retur. cui cum alleluia premittatur
in ti. statim psalmus exponēdo titu
lum incipit. Laudate pueri dominū
Unde secundū eum alleluia interpre
tatur. Laudate pueri dominum. Au
gustinus uero sic exponit. Al. id est
saluum. le. i. me. lu. i. fac. ia. i. domie
Jero. sic. alle. i. cantate. lu. i. laudem
ia. i. ad dn̄m. Greg. sic. alle pater. lu
filius. ia spiritus sanctus. Uel alle. i.
lux. lu. i. uita. ia. i. salus. Magister pe
trus antisiodoreñ. sic. al. i. altissimus
le. i. leuatus est ī cruce. lu. i. lugebāt
apl'i. ia. i. iam surrexit. Petrus man
ducator dixit super apoc. ꝛ augusti
nus in glo. psalterij. ꝙ alleluia ē uer
bum impatiui modi. ꝛ sonat alleiu.
id ē laudate. ia. i. uniuersalē. uel ia. i.
inuisibilem. s. deū. quasi laus inuisibiľ
dei. ꝛ quoniā alleluia future beatitu
dinis q̄si pprium est uocabulū. me
rito magis eo tēpore. i. paschali fre
quentatur quo christus resurgens
eiusdē beatitudinis spem nobis tri
buit ꝛ pmissuz. put ibi diceꝛ. quod

enim alijs tēporibus caneretꝛ ad miſ
sam olim ecclesie romane ꝯsuetudo
non erat. sed a beato Gre. constitu
tum imo potius restitutuz est. Nam
cum prius tempore Damase pape
fuisset eadem cōsuetudo defecerat.
Jero. dicit ꝙ alleluia dicatur in miſ
sa tractū esse de eccl'ia ierosolimo
rum. Canim⁹ igiꝛ alleluia post gra
duale canticum uidelicz leticie. post
luctum penitentie sūmopere nitētes
exprimere magnitudinē consolatio
nis que reposita ē lugentibus. iuxta
illud. Beati qui lugent qm̄ ipsi con
solabuntur. Jubilantes potius ꝙ̄ ca
nentes. unāꝗꝫ breuē digni sermonis
sillabam in pluces neumas ptrahi
mus. ut iocundo auditu mens atto
nita repleatur ꝛ rapiaꝛ illuc ubi sē
per erit uita sine morte. ꝛ dies sine
nocte. Est enim alleluia modicum ī
sermone. ꝛ multum in neuma. quia
gaudiuz illud maius est ꝙ̄ possit ex
plicari sermone. Neuma eniz seu iu
bilus qui fit in fine exprimit gaudī
um ꝛ amorem credentium. ꝛ quan
ta leticia et laus secuta sit per fidez
predicatione audita. iuxta illud. au
diuit et letata est spon ꝛc. et in can
ticis. Exultabimus et letabimur in
te. Quid sit neuma dicetur in pro
hemio quinte partis. Quando au
tem dicitur sequentia non dicitur
neuma post alleluia. prout sub titu
lo de sequentia dicetur. ❡ Potest
etiam alleluia referri ad exultatio
nem eorum qui de miraculis christi
gaudebāt laudantes dominum ꝛ di
centes. Quia uidimus hodie mira
bilia. ꝛ quia uisitauit dominus ple
bem suam. tunc enim cantabatur in
iubilo alleluia. qꝛ omnis pleba ut ui
dit dedit laudez deo. ꝛ gaudebat ō
uniuersis q̄ gloriose fiebant ab eo.
hinc ē ꝙ a septuagesima usꝗꝫ ad paſ
cha nō cantaꝛ alleluia. qꝛ tēpe tristi
cie nō debꝫ decantari carmen leticie

prout ibi in probemio sexte partis dicetur. ¶ Porro q3 alleluia iterposito uersu repetit et sic bis in missis dicitur. desygnat eterne uite gaudiū ⁊ q3 interiecta leticia sancti geminiani glorificationis stolam accipient. anime uidelicet ⁊ corporis. Nam secunduz stolam mentis seu anime exultabunt sancti in gloria. le. in cu. s. secundum stolam carnis fulgebunt ⁊ tanq3 scintille in. a. d. De hoc dicetur in sexta parte sub sabbato in albis. Uersus ergo nihil sinistrum aut triste sed totum iocundū ⁊ dulce debet sonare. quales sunt illi. Dominus regnauit decorem. Dn̄s regnauit exultet terra ⁊c. Jubilate deo ⁊c. Justus ut palma florebit ⁊c. quoniā absterget deus omnem lachrimaz ab oculis sanctoꝝ. ⁊ iam nō c. l. n. t. q. p. t. Uersus quoq3 dicitur a reuertendo. eo q3 per eum reuertimur ad alleluia. qui post alleluia sequitur. quia significat operationem que laudi coniungi debet. quia non bene deuz laudat q̄ bene operari cessat. Per hoc uero q3 alleluia cum neuma repetitur laus ⁊ gaudium ineffabile patrie significatur. Jn nonnullis ecclesijs alleluia cantatur a pueris. graduale a magnis. ut notetur q3 ex ore infantium deus perfecit laudem. ⁊ ps̄. Laudate pueri dominum. cuius psalmi titulus est alleluia. Jlli enim q̄ pueri sunt laudi christi conueniunt. fortes uero in fide ⁊ in tollerando aduersa qui pugnare posunt contra amalechitas graduale debent cantare.

Circa hoc notandum est q3 cantorū alij sunt qui i choro cantus uoce magna distribuūt. hij sunt rectores ecclesie qui deum laudant ⁊ alios uerbo ⁊ exemplo ad laudandū inuitāt. Alij sunt pueri qui graduale in gradibus cantant. hij sunt actiui de uirtute in uirtutē. in caritatis gradibus ascendentes. qui cum graduale inchoant. alios ad compunctionem inuitant. Dum uerbū concinunt ad se redeuntes suas cogitationes accēdunt. ⁊ dum illum finiunt se bonū certamē certasse ⁊ cursum insinuant consumasse. Alij sunt perfecti uiri qui in alijs ecclesijs alleluia uel tractus in pulpitis concinunt. Hij sunt contemplatiui carnem affligentes ⁊ mentem excedentes. quorum cōuersatio est in celis. nō est hic hominuz sed angelorum. ¶ Sequentiam uero non illi soli decantant. sed chori cōmuniter iubilant. quoniam iubilus eternus ⁊ ieffabilis angelis erit cōmunis ⁊ hominibus. Deberet etiam alleluia in gradibus ⁊ uersus orientem decantari. ⁊ quoniam uitam contemplatiuā significat debet legi in altiori loco q̄3 responsoriū quod actiuam designat. ¶ Rursus in quibusdam ecclesijs cantans alleluia sumit aliquid in manu. ut insinuet deum se nō solum uoce. sed opere colaudare. seu manus ducit. iuxta ps̄. Omnes gentes plaudite manibus. ¶ Jn plerisq3 etiam ecclesijs alleluia de trinitate cantant in dominicis diebus. scilicz Benedictus. uel qualis pater. ut fidem hilariter ꝯfitentes ad spem perueniant. ¶ Et attende q3 alleluia dominicalia a pēthecostē usq3 ad aduentum sepe obmittimus quoniam aliter ⁊ aliter in alijs ⁊ alijs gradualibus disponūtur. Ea igitur diligens cantor attendat. ⁊ diligenter uniuersitatibus officioruz assignet.

¶ De tractu Rica.

Dominica septuagesime usq3 ad uigiliam pasche. scilicet in diebus et officijs luctus. quia tunc nō canitur carmē leticie loco alleluia. quod significat exultationē habitam de spe eternoꝝ Dicuntur etiā tractus ex istitutione

Thelesphori pape. Dicitur autem
tractus a trahendo. quia tractim et
cum asperitate uocum ꝛ prolixitate
uerborum canitur. eo ꝙ miseriam ꝛ
laborem presentis incolatus insinu
at. de quo ps̄. Heu mihi quia inco
latus meus ꝓlongatus est ꝛc̄. In tra
ctibus eniꝫ representatur longa san
ctorum patrum expectatio. ꝛ iudeo
rum meror ꝛ afflictio. qui tempore
babylonice captiuitatis sedentes su
per flumina babylonis ꝛ flentes in
salicibus sua organa suspenderunt.
quod tempus ecclesia representat a
septuagesima. cantica leticie subti
cendo ꝛ tractus dicendo. ¶ Tantū
autem interest inter alleluia ꝛ trac
tum quantum inter leticiam ꝛ tribu
lationem. Item tantum est inter re
sponsorium cui omnes respondent
ꝛ tractum cui nemo. quantum inter
actiuam ꝛ contemplatiuam uitam.
Est autem tractus medius inter re
sponsorium ꝛ alleluia. ut dicetur in
sexta parte sub titulo de septem die
bus post pascha. ¶ Porro quia tra
ctus gemitum ꝛ canticum lacrima
bile exprimit. lachrimas sanctorum
siue in actiua siue in contemplatiua
uita representat. Unde tractus dici
tur quasi sancti suspirantes ab ymo
pectoris gemitum trahunt. quia li
cet sepe gaudeant ut monet alleluia
tamen hic in ualle lachrimarum cō
morantes habent irriguuꝫ superius
et inferius quod tractus misticat.
gemit enim flebiliter pro dilectione
superne beatitudinis. ꝛ super flumi
na babilonia sedētes pāie sue memo
res. Item lachrimas fundunt pro
suis ꝛ aliorum excessibus. dum ex ui
cinitate babylonici fluminis seipsos
uident sepe aspersos. ꝛ alios penitus
immersos. ipsius fluuij rapiditate
ferri deorsum. Sed quia hic plora
tus quandoqꝫ est respectu superni
gaudij. quandoqꝫ respectu nostre

miserie. ideo tractus similiter quan
doqꝫ ē de leticia ꝓ superiori irriguo
ut de profundis ꝛ alijs huiusmodi.
De utroqꝫ irriguo tractat. Gre. in li
bro tertio dialogorū. c. xxxiiij. Et ē
aduertendum quia post duos trac
tus tribulatōnis sequitur tractus le
ticie. put sub dominica septuagesi
me ꝛ dominicis sequentibus uideri
potest. ꝛ hoc ideo quia post duos
dies sepulture domini occurrit terti
us resurrectionis. ¶ Rursus quia
gaudium sanctoruꝫ non est hic ple
num ꝛ continuum. sed sepe interrū
pitur. Ideo ecclesia quandoqꝫ inter
ponit tractum. ut in tempore septu
agesimali. ꝛ cum in sabbato pascha
li post alleluia sequitur tractus. q̇a
hoc gaudium non expedit sine fletu
In sabbato tamen in albis duplica
tur alleluia. quia in eterna uita ꝑfec
tum erit gaudium glorificata carne
cum anima. ꝛ completa resurrectiōe
sanctorum cum resurrectiōe christi.
¶ Sane in dominica septuagesime
usqꝫ ad quartam feriam cinerum di
cuntur tractus solum in dominicis
diebus. eo ꝙ populus tunc melius
cōuenit in ecclesia qui indiget edo
ceri qualiter captiuitateꝫ diabolicā
per babilonicam significatam debꝫ
deplorare. Tractus eniꝫ tempus ba
bylonice captiuitatis representat.
sed post dictam feriam que ē caput
ieiuniorum magis frequentātur. q̄
tunc magis est tempus meroris et
afflictionis. ut pote ordinatum ad
excutienduꝫ iugum diabolice capti
uitatis. per merorem contritionis ꝛ
humilitatem confessionis. atqꝫ aspe
ritatem satisfactionis. que precipue
in ieiunio uigent. Sed ꝛ licet domi
nica dies resurrectionem figuret. tm̄
in dominicis septuagesime cantica
leticie subticent. ꝛ tractus dicuntur
q̄ iudei toto septuagēario babylōi
ce captiuitat| ɔtinue afflicti fuerūt.

et nos in istius uite septuagenario que per septenarium ꝛ per cōsequēs per septuagenarium ducitur. continue dolores ꝛ miserias experimur. donec ad octauam uere ꝛ perfecte ꝛ non figurate resurrectionis p christi misericordiam uenismus. Postremo considerandum est ꝙ usus sequentiarum bini ꝛ bini sub eodez cantu dicuntur. quod ideo cōtingit quia ut plurimuz bini per richmos sub partibus componuntur. quod in uersibus tractuum non reperitur qui ex sacra scriptura ut plurimum sumuntur. ideoqꝫ intantuz nequeūt combinari. ¶ Rursus ille sub uno cantu combinantur. ad notandum ꝙ exultatio uere caritatis i uno deo perficitur. sequentia enim exultationem. combinatio caritatez designat Uersus uero tractuum quia merorē significant singulariter decantantur Iuxta illud psā. Singulariter suz ego donec trāseam. Iere. xj. q. i. quādo. Solus sedebam quia amaritudine plenus eram. ¶ Non est etiam obmittendum. ꝙ licet regulariter graduale uel alleluia imediate sequatur epistolam. ne nos musicus ille reprehendat dicens. Cantauimus ꝛ non saltastis. lamentauimus ꝛ non planxistis. Alleluia enim cantatur pro salutatione. graduale pro planctu subiungitur penitentie. hoc tamē fallit in sabbatis quatuor temporum. et in quarta ꝛ in sextis ferijs maioris ebdomade. ꝛ in quibus tractus immediate sequitur epistolam. et hoc ideo quia in illis diebus musicus ille nobis aufert᷑. Nam in dicta quarta feria uenditur. ꝛ in sexta crucifigitur. quod ī dictis sabbatis quo ad aliquid representatur. ꝛ ideo ad maiorem luctum insinuandum tractus in illis epistolam imediate comitat᷑ Qꝛ autem tractus maiorē insinuet luctum ꝙ̄ graduale. p hoc innuitur ꝙ nunqꝫ cum alleluia cantatur. nisi ob spetialez causam in sabbato paschali.

¶ De prosa seu sequētis Rica.

POst alleluia prosa seu sequentia dicitur. quod est similiter canticum exultationis. ad notandum geminam glorificationis stolam quam sancti accipient. prout iam premissum est. ¶ Cantatur autem sequentia ab oībus simul in choro. ut notetur concordia caritatis. talis enim laus deo placet. Unde in canticis. Uulnerasti cor meum soror mea. sponsa mea in uno oculorum tuorum. ideo dicit ī uno ut notetur concordia ꝛ uoluntas uniformis. quia laus sic facta ē cibus delicatissimus deo. hec est tunica illa inconsutilis quam deus nō patitur scindi. xvj. q. ij. sicut. de hoc dictum est sub titulo de alleluia. et dicetur in prohemio quinte partis. ubi de antiphonis agit᷑. ¶ Nocherus abbas sancti Galli in teotonia primo sequentias pro neumis ipsius alleluia composuit. ꝛ Nicolaus papa ad missas cantari concessit. Sed ꝛ hermannus cōtractus teotunicus inuentor astrolabij composuit sequentias illas. Rex omnipotens ꝛc. ꝛ Aue maria. ꝛ antiphonam. Alma redēptoris mater. ꝛ Simon barions. Petrus uero cōpostolanus episcopus fecit illā. Salue regina. Quidam uero rex francie Robertus nomine composuit sequentiam illam. Ueni sācte spiritus. et ymnum. Chorus noue iherusalem. Antiquitus enim mos erat ut semper alleluia cantaretur cum neuma. Sed postea dictus papa instituit loco illius neume in precipuis festiuitatibus seqntias dici. Quando ergo non dicitur alleluia. non debet sequentia dici.

quoniam loco neume eius dicitur.
⁊ idem significat qđ neuma. scilicet
eterne uite gaudium ⁊ delicias que
nullo uerbo exprimi possunt. ⁊ ideo
per neuma que est uox non significati
ua intelliguntur. Et inde est ꝙ que
dam sequentie sunt que solent uerba
noua ⁊ incognita habere ⁊ inusitata
tum quia ceu gaudium secretum at
ꝙ incognitum est mortalibus. tum
quia nobis incognitus ē modus lau
dandi deum in patria. tum quia iu
bilus cordis in presenti uita incog
nitus est ad plenum. tum quia oīa
noua sunt pulchritudine decorata.
ut in pħemio digestorum. hodie ue
ro sequentie cum uoce significatiua
dicuntur. ad notanduz ꝙ in illa ma
gna festiuitate uite eterne iubil⁹ ple
ne scietur. Sequentie uero eterne ui
te misticant laudes. iuxta illud. Bea
ti qui habitāt in domo tua dñe ⁊c.
Habet uerba laudiflua ⁊ dulcem at
ꝙ suauem cantum. quia ibi omnia
erūt plena laude ⁊ melodia celestis
organi habundabit dulciflua leticia
quia sicut letantium omnium habi
tatio erit ibi. ¶ Rursus qm̄ laudes
eternitatis uocibus humanis plene nō
resonantur. ideo quedaz ecclesie mi
stice neumatisant sequētias sine uer
bis. aut saltem aliquos uersus earū
Nulla enim erit uerborum significa
tio necessaria. ubi singuloruz corda
patebunt. singulis intuētibus librū
uite. ⁊ ubi idem erit testis accusator
⁊ iudex. xj. q. iij. eorum. Et nota sm̄
Isidorum ꝙ prosa est producta rō
a lege metri resoluta sic dicta. ex eo
ꝙ sit profusa. Sequentia uero dicta
est quia neumam iubili sequitur. et
hic ⁊ in euangelio dicitur. sequentia
sequentie in numero singulari.

¶ De mutatione sacerdotis Rica.

Hactenus dū epistola lecta
fuit. ⁊ choro graduale psallente. sa
cerdos tacitus ad dexteram partez
sedebat altaris. illud insinuās ꝙ Io
hanne predicante christus quodam
modo tacebat. quia nō predicabat
aperte. sed dicturus euangelium sur
git. quia ut euangelista tradit. post
ꝙ Iohannes traditus est uenit ihe
sus in galileam predicans euangeli
um regni dei. ⁊ quoniam sedes uic
toris est sessio sacerdotis uictoriam
christi recte significat. qui post ieiu
nium uicit diabolum. nam reliquit
eum temptator. ⁊ accesserunt ange
li ⁊ ministrabant ei. Post dictam er
go sequentiam surgens sacerdos et
ad sinistram altaris partem accedēs
pronuntiat euangelium. significans
ꝙ christus non uenit uocare iustos
sed peccatores. Iuxta quod ipse in
euangelio dixit. Quia non indigent
qui sani sunt medico. sed qui male
habent. ij. q. i. multi. per dexteram
enim iusti. per sinistram uero pecca
tores significantur. propter quod
dominus in iudicio statuet quidem
oues a dextris. edos a sinistris. De
hoc dictum est sub titulo de oratōe
¶ Quidaz tamen dixerunt ꝙ ideo
sacerdos in principio misse cōsistit
ad dexteram. cum uero pronuntiat
euangelium conuertitur ad sinistrā
Et circa finem iterum redit ad dex
teram. quia cultus dei primo fuit ī
populo iudeorum. ⁊ iudea tūc erat
a dextera. deinde iudeis non creden
tibus ⁊ uerbuz dei tanꝙ indigni re
spuentibus. cultus dei transiuit ad
gentes ad quas apostoli transierūt
Et tunc iudea fuit a sinistra parte. ⁊
circa finem reuertetur iterum ad iu
deos ad predicationez Enoch ⁊ he
lie. qui conuertent corda patruz in
filios. quoniam in diebus illis salua
bitur iuda. et reliquie israhel salue
fient. Qui enim primo dixerat. in
uiam gentium ne abieritis. postea

precepit dicens. Ite in orbem uni
uersum. quia ergo predicatio perue
nit etiam ad illos qui in sinistra par
te fuerũt. dum siccato gedeonis uel
lere ros aream irrigauit. merito in p
te sinistra legitur euangelium. sicut
in sequẽti titulo dicetur. unde ṽsus.
¶ Est ratio cur pars altaris dextra
in se. ¶ principiuz fineq̃ tenet. me
diũq̃ sinistra. ¶ Dextra iudeos. gẽ
tiles leua figurat. ¶ Cepit ab his.
defertur ad hos. refertur ad illos.
¶ Nostra fides. ⁊ erunt omnes in
fine fideles. Sed cum sacerdos qui
pronuntiat euangelium representet
personam christi. qui non predica
uit gentibus sed iudeis. iuxta quod
ipse dicit in euangelio ¶ Non sum
missus nisi ad oues que perierãt do
mus israhel. Utrum aliud recte dica
tur prudens auditor aduertat. De
hoc dictum est sub titulo qualiter
episcopus uel sacerdos. ad quamcũ
q̃ uero altaris partem ille se transfe
rat. ministri eum retro sequuntur.
put dictum est ibidem.

¶ De Euangelio Rica.

Supra proxime tactum est
qualiter sacerdos non so
lemniter celebrãs ipsemet
euangelium dicit. Uerum quando
episcopus uel sacerdos celebrat cuz
ministris cuncta solemnius pagunẽ
Tunc enim in quibusdam ecclesijs
ut rome diaconus dextra manu põ
tificis osculata. codicem euãgelij su
mit de altari. illum subdiacono ad
ferendum tradens. postea benedic
tionem postulat ab episcopo uel sa
cerdote. et ei benedicitur. ¶ In ali
is tamen ecclesijs prius benedictio
nem postulat q̃ codicem suscipiat
de altari ¶ Data itaq̃ benedictione
procedit diaconus ad pulpitum p
dexterã partem chori. quẽ precedit
subdiaconus cum textu euangelij. il
lum precedit thuribulum cum incẽ
so. ⁊ ante thuriferarium ceroferarij
cum faculis accensis. ante illos in q
buidam ecclesijs crucis uexilluz. sic
q̃ pulpitum ascendit ⁊ euangelium
incipit. quo dicto ad episcopum uel
sacerdotez simul redeunt. que singu
la prosequemur. ¶ Notandum est
autem q̃ in quibusdam ecclesijs in
precipuis festiuitatibus. diaconus
pficiẽs uolens ad legenduz euange
lium incipit antiphonam que est in
nocturnis sup benedictus. ⁊ duz ip
se accedit ad pulpituz illa cantatur
⁊ finitur a choro. ut notetur caritas
⁊ cantatur sine neuma. ad notanduz
q̃ deus non precepit nos habere ni
si simplicem caritatez. ¶ Sane iam
figura mutatur. nam diaconus qui
primo representabat pphetaz. iam
representat euangelistam. q̃ lex ⁊ p
phete usq̃ ad Johannem. ⁊ ex eo re
gnum celorum euangelisatur. ideo
autem euangelium legitur. ut uelut
christus post legez pphetias ⁊ psal
mos ore suo predicauit. ita post epi
stolam responsoriũ ⁊ alleluia. per il
lud populo predicatio eius ãnunti
etur. ⁊ dicitur euangelium quasi bo
nus nutius. ab eu quod est bonum.
⁊ angelus quod est nuntius. Est eñ
euangelium christi ⁊ apostoloruz p
dicatio. nuntiat quidem uitaz post
mortem. requiem post laborem. re
gnum post seruitium. ¶ Est autem
sciendum q̃ sicut caput p̃eminet ce
teris corporis membris. ⁊ illi cetera
membra seruiunt. sic ⁊ euangelium
principale est omnium que ad offi
cium misse dicuntur. et toti preemi
net officium misse. ⁊ quecũq̃ ibi cã
tantur ⁊ leguntur illi consentiunt in
intellectuali ratione. put in sexta p
te sub dominica qualibet dicet.
Diaconus ergo p̃mo dexterã manũ
põtificis osculat̃ nihil dicens. quia

predicator euangelisare debet pro gloria eterna. de qua sponsa dicit i canticis. Dextera illius amplexabit me. Nam ꝛ angelus qui resurrectionis gloriam uenerat nuntiare. sedebat in dextera stola candida coopertus. In alijs tamen ecclesijs nō osculatur. sed solum inclinans benedictionem poscit. Uerum subdiaconus uel diaconus non manus sed pedes romani pontificis osculatur. ut summo pontifici summam exhibeat reuerentiam. ꝛ eum illius ostēdat esse uicariū. cuius pedes osculabat mulier illa q̄ erat in ciuitate peccatrix. Adorandum ē enim scabelluꝫ pedū eius. quia sanctum ē. cuius etiam resurgentis a mortuis. pedes mulieres tenentes adorauerunt. Generaliter enim nemo debet manuꝫ summi pōtificis osculari. nisi cum de manibus eius aliquid accipit. uel cum ad manus eius aliquid tribuit. ut ostendatur ꝙ ex utroqꝫ debemus ei gratias agere. qui sicut semper dat propria sic nunqꝫ recipit aliena. quas oblationes romanus pōtifex recipiat subti. de oblationibus dicetur. ¶ Subsequenter diaconus textum euangelij sumit de altari. quia de syon exibit lex ꝛ uerbum domini de iherusalem. non utiqꝫ mosayca lex quondā exiuerat de monte synai. sed euangelica de qua propheta ait. Ecce dies ueniunt dicit dominus. ꝛ consumabo testamentum nouum sup domū israhel. ꝛ supra domum iuda. ¶ Sumitur etiam liber de altari. quoniaꝫ apostoli de altari euangeliuꝫ acceperunt. cum predicantes passionē christi euangelisabant. uel altare in hoc significat iudeos. a quibus trāsfert regnuꝫ dei. ꝛ datur genti faciēti fructum eius. Et ex eo ꝙ liber sumitur de altari notatur ꝙ euangelium est uerbum dei. quod per altare significatur. secundum illud Exodi. xx. Altare de terra facietis mihi. sumit autem illum ut quidam uolunt. de dextera parte altaris. quia ecclesia de iudeis a qua nostrum sumpsit exordium antiquitus fuit a dextris. ꝛ ponit eum in manu sinistra dexterā supponens. iuxta illud. Leua eius sub capite meo. ꝛ dextera eius amplexabitur me. ꝛ hoc propter triplicem causam. Primo quia euangelista docet celestia que per dexteram terrenis que per sinistram intelligūtur supponi. ¶ Secūdo inclinatur liber super sinistrum humerum. ad notandum ꝙ christi predicatio de gentili populo transibit ad iudaicū Ysaye. xx. c. In diebus illis saluabit iuda. Tertio quia in uita temporali que per illam significatur. necesse est euangelium predicare. Et textus euangelij in quibusdam ecclesiis ornatur exterius argento ꝛ lapidibus. prout dictum est in parte tertia sub titulo de legalibus indumētis. Liber autem ipse ab aduentu sacerdotis ad altare donec euangeliū legatur super altare remansit. quod quantum ad hoc significat iherusalem. quoniam angelica doctrina primum in iherusalem facta est. ꝛ ibi permansit ab aduētu domini illud donec publicaretur gentilibus. iuxta illud. de syon exibit lex. ut infra: iherusalem enim est locus passionis. q̄ per altare etiaꝫ significatur. ¶ Consequenter benedictionem postulat. quia nullus debꝫ predicare nisi mittatur. iuxta illud apostoli. Quomō predicabūt nisi mittantur. extra de here. cum ex iniūcto. ꝛ dominus inquit apostolis. Rogate dominum messis ut mittat operarios i messeꝫ suam. xxv. dis. in nouo. Ysa. autem cum audisset uocem domini dicētis Quem mittam ꝛ quis ibit ex nobis respondit. Ecce ego sum mitte me. dixitqꝫ dominus. Uade ꝛ dic populo

hunc. Audite audientes &c. viij. q. i. sciendum. ¶ Rursus huiusmodi benedictionem prefigurauit moyses qui ascendens in montem accepit tabulas et benedictionem. et populo mandata proposuit. et dominus etiam benedixit ordini diaconali. cui dedit spiritum sanctum. et misit ad predicandum per universum orbem. pontifex ergo vel sacerdos visibiliter benedicit diacono qui lecturus est euangelium. quod non fecit subdiacono lecturum epistolam. quia christus inuisibilis manens legem et prophetas que per epistolam significantur inuisibiliter misit. sed postquam in terris visus et cum hominibus conuersatus est. apostolos et euangelistas visibiliter misit et docuit. Euntes inquit predicate dicentes. Appropinquabit regnum celorum. Illi autem egressi circuibant castella euangelisantes et euntes ubique. Et mittit eum ad legendum euangelium. ad notandum quod christus misit apostolos ad predicandum regnum dei. Diaconus autem ea que sibi in benedictione dicuntur. considerans se corde purum. ore mundum. et opere castum studeat exhibere. quatenus sacrosanctum euangelium possit digne proferre. quia puteus aquarum viuentium. id est euangelica predicatio non fluit impetui. id est libere de libano. id est de corde casto. et ore candido ¶ Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. imo peccatori dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas. et assumis testamentum meum per os tuum. iij. q. viij. §. quod testatur. et ideo signo crucis munitur. Deinde licentia et benedictione obtentis. et insuper cruce impressa. ut securus incedat. procedit ad pulpitum cum silentio inclinato capite. nihil in quibusdam ecclesijs ferens. propter illud quod dominus ipse precepit apostolis quos misit ad predicandum regnum dei. nihil inquit tuleritis in via. et neminem salutaueritis. In alijs tamen ecclesijs diaconus fert librum. ut iam dicetur. sed perueniens ad ambonem salutat quasi intrans domum. cui offert pacem. ut infra dicetur. et transit per dexteram partem chori ad sinistram. et liber euangelij de dextra ad sinistram transfertur. et ibi legitur. quia de syon exibit lex. ut supra. Iudea enim respuente verbum dei apostoli transierunt de iudeis ad gentes et postea predicatum est gentibus que per sinistram intelliguntur. unde apostolus ad hebreos dicit. Vobis oportebat prius predicari verbum dei. sed quoniam repulistis illud. et indignos vos iudicastis ecce reuertimur ad gentes. extra de renunc. nisi. De hoc supra in titulo proximo. In ecclesia romana et quibusdam alijs subdiaconus per unam viam. et diaconus per aliam in pulpitum ascendit. quoniam ille docendo. et iste discendo in augmentum scientie procedit. et quia ministrator per meritum operis. et predicator per meritum oris in augmentum iusticie progreditur. unde psalmista. Iusticia tua sicut montes dei. per eandem tamen viam descendentes ad pontificem reuertuntur. quia per finalem perseuerantiam pertingunt ad primum. sicut dominus ait. Qui perseuerauerit usque in finem &c. de penitentia di. ij. apostolus. et c. multi. Et quia predicatio sine opere non sufficit. cepit enim ihesus facere et docere. Ideo predicator per eandem viam reuertitur per quam accesserat ministrator. ¶ preterea ideo lecturus euangelium ab una parte progreditur et ascendit. iuxta illud euangelij. per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. quoniam apostoli prius predicauerunt iudeis. et postea gentibus. secundum illud apostoli. quia repulistis verbum dei et

indignos nos fecistis rc. Sane di
aconum subdiaconus antecedit.q2
Johannes r eius predicatio christū
r eius predicationem precessit. por
tans in quibusdā ecclesijs puluinar
quod libro supponat. Per puluinar
quidem quod fesso supponitur ad
quietem.significatur uite solatium.
siue temporalia.q.d. si uobis semi
namus spiritualia.non est mirum si
a uobis metimus carnalia.xij.q.i.
§.1.Nam secundum aplm.1.ad Co
rinthe. Qui altari seruiunt cum al
tari participant.extra de prebē.cuz
secundum. dignus est enim operari
us mercede sua.Math.x. r dñs pre
cepit in lege. Non claudes os bouis
triturantis.extra de preben.extirpā
de. ¶ Rursus puluinar supponitur
euangelio. ad notandum q̄ suaue ē
iugum domini. siue onus euangelij
illud portare uolentibus. Unde in
Math.Jugum meum suaue. r onus
meum leue. huic iugo qui subicitur
omnia subiecta habz.secundū Aug.
puluinar ergo suauitas r dulcedo i
mandatis dei.unde propheta.para
sti in dulcedine tua pauperi deus. r
iteruz.quā dulcia faucibus meis elo
quia tua domine. ¶ In ecclesia tū
romana diaconus p̄cedit ut doctor
subdiaconus sequitur ut auditor.il
le precedit ut predicet.iste sequitur
ut ministret. post lectionē uero sub
diaconus quasi sufficienter edoctus
precedit referens euangelium. quo
niam mercedem euangelij de sua mi
nistratione reportat.secunduz illud
quod dñs ipse promisit in euāgelio
Qui recipit p̄phetam nomine pro
phete.mercedem prophete recipiet
Quem ideo premittit diaconus ad
pontificē.ut ostendat se fructū pre
dicationis referre. de quo dñs dixe
rat.Posui uos ut eatis r fructum af
feratis. r fructus uester maneat.Ad
hoc subdiaconus libruz r puluinar

reportans significat q̄ predicator
bono opere debet uitam suam deo
offerre. unde aplus ad Corinth.ix.
Omne quodcūq̄ facitis aut uerbo
aut opere. in nomine domini ihesu
christi facite.xxvij.q.ulti. nō obser
uetis. ¶ premittit quoq̄ episcopus
ante euangelium thuribulum cum i
censo.quia christi opera precesserūt
eius doctrinā. iuxta illud.Cepit ihe
sus facere r docere.Thuribulum au
tem cum thure significat orationez
cum deuotione. quaz tunc maxime
debent habere fideles in audiendo
diuinum sermonez. ¶ Rursus ideo
diaconus premittit thuribulū.quia
predicator debz odorem bone opi
nionis ex se mittere. iuxta illud apli
Christi bonus odor sumus in omni
loco.nā cuius uita despicitur.restat
ut eius predicatio condemnatur.ex
de sacra unctio.c.i. Tertio thuribu
lum precedit ut ipsius diaconi orō
sicut incensum in conspectu domini
dirigatur. Ante thuribulum uero p̄
mittit duos ceroferarios cuz faculis
accensis.primo quia debet desideri
um r gaudium cordibus auditorū
accendere.quatenus r libenter audi
ant. r gratāter obediant. ¶ In qui
busdam tamen ecclesijs thuribuluz
cereos precedit.quoniam oratōnes
opera r uirtutes.de ratione famam
lucem r signa precedunt.iuxta illud
luce.Luceat lux uestra. r illō. Et uir
tus exibat de illo r sanabat omnes.
¶ Secundo sacerdos uel epus pre
mittit ante diaconuz duos acolitos
portantes cereos r incensum.ad no
tandum q̄ christus premittebat bi
nos nuntios ante faciem suam i om
nem ciuitatem r locū quo ipse erat
uenturus.preferētes chorus catōnes
miraculorum. r odorem uirtutum.
unde reuersi dixerūt.Dñe in tuo no
mine etiā demonia subiciunt nobis
facies enim christi couenienter hic

intelliguntur apl̄i. qui normam doc
trine sue populis ostendebant. pro
pter quod ipsis aiebat. Qui uos re
dominū. unde diligēter ꝓuideat ne
cor habens deorsum ad seculuꝫ spi
ritui sancto dānabiliter mentiatur.
¶ Sacerdos etiam postꝙ attentos
reddit ⁊ deuotos hortatur ut grati
as agamus domino deo nr̄o. quoni
am ipse est deus. id ē creator. ipse ē
dominus. id est redemptor. ipse est
noster. s. saluator. Tunc enim erit ue
rissime noster. cū erit omnia in omi
bus. id est sufficientia singulorum.
¶ Rursus q₂ populus ꝯfessus ē se
intentū esse ad dominū. ideo p̄sbit
subiungit. gratias agamus. Chorus
uero sacerdotis uerbū approbans ⁊
affirmās respōdet. dignū ⁊ iustū est

Dignum quidē quantū ad deū. q2 ipſe ē dn̄s deus noſter. Juſtū quantum ad nos. q2 nos ſumus populus eius. ⁊ oues paſcue ei9. Dignū quoꝙ ⁊ iuſtum eſt quantū ad utrūꝗ. ut ſ. populus ſimul cū ſacerdote gratias agat deo a quo omia bona ſuſcipimus. Subſequēter ſubiūgit ſacerdos. uere dignū ⁊c. ⁊ ſecundū magiſtrū petrū antiſſiodoreñ. hic incipit prefatio. i. ꝓlogus uel prelocutio ſequētis canonis captans domini beniuolentiā. d. Uere dignū ⁊ iuſtū ē equū ⁊ ſalutare. Dignū q2 bonus ē Juſtum quia benificus. equū q2 miſericors. ſalutare quia ſalus. uel dignum quia nos mera uolūtate feciſti Juſtū quia nos pura miſericordia redemiſti. equū. quia gratuite nos uiuificas. ſalutare. i. ſalute plenū. q2 ꝑpetuo nos glorificas. Nos tibi ſē ꝑ ⁊ ubiꝗ gr̄as agere domine ſancte pr̄ oipotens eterne deus. ubiꝗ enī eſt dominus ſanctus. ubique eſt pr̄ oipotens. ⁊ ſemꝑ eſt eternus deus unde ps̄. In omni loco dn̄ationis eius benedic anima mea domino. ⁊ iterū. Benedicā domio in omni tp̄e ſemꝑ laus eius ī ore meo. Sequitur ꝑ chriſtū dominū noſtrū. aduocatū enī habemus ſm̄ ap̄l'm. apud pr̄em ihesum chriſtū dominū nr̄m. qui interpellat ꝓ nobis. ⁊ ipſe eſt ꝓpiciatio ꝓ peccatis nr̄is. qui exauditur ī oibus ꝓ ſua reuerentia. ꝑ eum q̄ſi ꝑ mediatorē laudes offerrimus. ꝑ eū q̄ſi aduocatū gratias exhibemus. ꝑ quem maieſtatē tuā ⁊c. Maieſtas dicitur q̄ſi maior ſtans. uel maior poteſtas. q2 maior eſt eius poteſtas q̄ꝫ hominū. laudant angeli. adorāt dominationes. trement ꝑtātes. utiꝗ ꝑ illum laudant adorāt ⁊ trement. per quem oīa facta ſunt. ꝑ quem ſimul cum pr̄e omnes ſpirituū ordīes ſūt creati. nam dixit deus. fiat lux. ⁊ facta eſt lux. uerbo dixit ⁊ uerbo fecit. q2 uerbo domini celi firmati ſunt. ⁊ oia ꝑ ipſum facta ſunt. ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. Choros angelorū nominat. q2 angeli huic officio nō dubitant adeſſe. ⁊ ad notandū ꝙ eccleſia angelis eſt aſſimulāda. ad hoc ut placeat deo. Rurſus ꝑ hoc ꝙ dicit' dn̄e ſancte pr̄ oipotens eterne deus ꝑ chriſtū dominū noſtrū. quem laudant angeli adorāt ⁊c. intelligit' ꝙ eccleſia ⁊ angeli laudāt deum nō ſolum inquantū deum. uerum etiā inquantū hominē. dicit ergo laudant unde ps̄. Laudate eū oēs angeli ei9 adorant. unde eſdras. Exercitus celi te adorat. tremēt. unde iob. Columne celi cōtremeſcunt ⁊ pauent aduētum eius. tremere uero dicuntur nō metu fortitudinis cū ſint ꝑfecti beati. ſed admiſtratiōis affectu. uel obedientie famulatu. cuꝫ ſm̄ ap̄l'm. oēs ſint adminiſtratorij ſpūs in miniſterium deſtinati. tremunt quoꝗ ꝑtātes. nō ꝙ ordines angelorū corporales ſint. ſed ideo dicitur ut intelligamus oia celeſtia terreſtria ⁊ iſernalia ante cōſpectū diuine maieſtatis tremere ac timere. ſicut ⁊ nos tremere ⁊ timere ante domios nr̄os ſolemus Sequitur celi celorū. ꝑ celos hic troni accipiūtur. q2 dominus ait. Celū mihi ſedes eſt. ⁊ dicūtur celi laudare deū. q2 laudis materiaꝫ prebent. unde ꝓph̄e. Celi celoꝝ ⁊ aque q̄ ſuper celos ſunt laudāt nomen domi. celi quidē diuini iuſſioni obediunt q2 ſe oſtendere ſerenos uel nebuloſos ꝑtātem non habent. Cherubin quoꝗ ⁊ ſeraphin. ad intelligentiam eorum q̄ hic dicūtur. notandum eſt nouem eſſe ordīes angeloꝝ. uidelicꝫ angeli. archangeli. troni. domīatōes uirtutes. ꝓncipatus. ꝑtātes. cherubi ⁊ ſeraphi. Angeli quoꝗ grece dicūtur nuntij latine. ſcilicꝫ excelſi ⁊ celeſtes. eo ꝙ de celis ad ānuntiandū et exequendū dn̄i uoluntatē mittūtur.

Angelorum autem uocabulum officij nomē est nō nature. spiritus enī3 sunt semper. sed cu3 mittuntur angeli uocantur. Quibus ideo pictoru3 licentia pennas facit. ut celerem eorum in cuncta discursum significet. sicut ꝛ iuxta fabulas poetaru3 uenti pennas habere dicuntur ꝑpter uelocitatem. s. iuxta illud. Qui ambulat super pennas uentoru3. Archangeli ergo grece summi nuntij interpretātur. Qui enim parua uel minima annūtiant angeli sunt. qui sūma archāgeli nūcupantur. Archāgeli ergo dicuntur. eo ꝙ inter angelos teneant principatū. na3 archos grece. latine princeps interpretatur. sunt enī duces ꝛ principes sub quorum ordine unicuiq3 angeloꝝ sunt officia deputata. quidā autem archangelorū ꝑ͛uatis nominibus appellātur. ut per uocabula ipsa in opere suo quid ualeant designet̄. Gabriel nāq3 hebraice interpretatur latine fortitudo dei ubi etiam ipsa potentia diuina uel fortitudo manifestatur. gabriel mittitur. unde ipse nuntiat christu3 nasciturum. qui diabolum deuicit. et humiliter ad debellādas aereas potestates uenit. Michael interpretat̄ quis ut deus. quādo enī aliquid mire uirtutis in mundo fit. hic archangelus mittitur. ꝛ ex ipso opere nomē est ei. q2 nemo ualet facere quod facere potest deus. unde ipse missus ē in egiptum ad imittendu3 illas plagas famosas. Quidā tamen dixerūt ꝙ michael est nomen unius angeli. Raphael iterpretatur curatio uł medicina dei. ubicūq3 enim curandi uł medicādi operis necessarium est. raphael archāgelus mittitur. unde ad thobiam missus est ut eum a cecitate liberaret. De gabrieli michaeli ꝛ raphaeli dicetur in. vij. parte sub festo michaelis. Uriel iterpretatur ignis dei. sicut legimus apparuisse in rubo. legimus etiā ignem missu3 desuper ꝛ implesse quod preceptū est Hec sunt nomia ꝑsonalia angeloru3 que nec a seipsis nec a deo imposita sunt. sed ab hominibus. ꝛ nesciтur a q̇bus. nec alia ꝑsonalia īueniuntur in scriptura. alia uero sunt nomia ordinum. ¶ Ceterum. troni. dn̄ationes uirtutes. ꝓncipatus. ꝛ potestates. q̇bus uniuersam celestem societatem apl̄us cōplectitur. ordines angeloꝝ ꝛ dignitates itelligūtur. ut iam dicetur. sed ꝓ hac ipsa distributione officiorū. alij troni. alij domiationes. alij uirtutes. alij ptātes. dicuntur ꝓ certis dignitatibus quibus ab inuicem distinguūtur. Troni sunt agmina angelorum q̇ latine sedes iterpretantur. ꝛ uocati sūt troni q2 illic cōditor presidet. ꝛ per eos iudicia sua disponit. ¶ Domiationes sunt hij qui in uirtutibus ꝛ ꝓncipatibus ꝑeminent. qui ꝓ eo ꝙ ceteris angeloꝝ dominātur agmibus dn̄ationes uocantur. nominant̄ ergo hic ad notādu3 ꝙ eis magis assimilari debem⁹ q2 usum dominandi docent. est eni3 uera domiatio facere dei uoluntatē. Uirtutes angelice quedā ministeria perhibētur. ꝑ quas in mundo signa ꝛ miracula fiunt. ꝓpter quod ꝛ uirtutes dicūtur. Principatus sunt qui angeloru3 agmibus presunt. qui ꝓ eo ꝙ subditos angelos explendum ad ministerium diuinū disponunt. principatus uocabulū acceperunt. nam alij sunt q̇ administrāt. alij qui assistunt. sicut ꝛ per Daniel̄. dicitur Milia milium ministrabant ei. ꝛ decies milies centena milia assistebant ei. potestates sunt quibus uirtutes aduerse subiecte sunt. ꝛ inde ptātu3 nomine nūcupantur. q2 maligni spiritus eorum potestate cohercentur. ne tantum noceāt quantū cupiunt. Nominatur ergo hic ad notandum ꝙ potestatē diaboli arcere debem⁹

Cherubin autez ⁊ ipsi sublimes celo
ruz potestates ⁊ angelica ministeria
ꝑhibent᷑. qui ex hebreo in latino sci
entie multitudo seu plenitudo inter
pretatur. sunt eni͂ sublimiora agmia
angelorū. pro eo ꝙ uicinius sunt po
siti diuina scientia ceteris amplius
sunt pleni. ipsi sūt illa duo aīalia su
per ꝓpiciatoriū arche ficta ex metal
lo. propter significandū angelorum
presentiā. in quorū medio medius
ostēditur deus. Seraphin uero mul
titudo est angelorū. qui ex hebreo ī
latinum ardentes uel īcendentes in
terpretātur. eo ꝙ pre ceteris ardent
⁊ succendūtur in caritate. ⁊ qꝛ inter
eos ⁊ deum nulli angeli cōsistunt. et
ideo q̄nto uicinius coraz eo cōsistūt
tanto magis claritate diuini luminis
inflāmantur. unde ⁊ ipsi sicut ysa. le
gitur uelant faciem ⁊ pedes sedētis
in trono dei. ⁊ idcirco cetera angelo
rum turba uidere plene essentiā dei
nō ualet. q̄m seraphin eam tegit. se
cundū Isidorū. nominātur ergo hic
cherubin ⁊ seraphi͂. qꝛ sicut illi toti
in dei dilectione ardere debemus.
Reperitur autez hoc nomen seraphin
neutrum ⁊ masculinū. sed neutralit̄
terminatur in n. ut in hoc loco bea
ta seraphin. masculine uero termina
tur in m. unde propheta. Seraphim
clamabant alter ad alterū. Jer. dicit
ꝙ cherubin ⁊ seraphi͂ singularis sūt
numeri. ⁊ generis masculini. cuius t̄
minatio pluralis ē ꝑ neutrū. non ꝙ
ī ministris dei sit sexus. sed uocabu
la diuersis generibus iuxta lingue ꝓ
prietatē appellātur. Greca uero con
suetudo neutro genere per n. scribit
Josephus dicit. cherubin et seraphi͂
esse duo aīalia uolatilia. prout tactū
est ī prohemio huius partis. premis
sa autem ordinū nomina preter che
rubin ⁊ seraphin. ⁊ preter nomīa an
gelorū ⁊ archangeloꝝ latina sūt.
Uerū cū nouez sint ordīes angeloꝝ
sicut dictuz est. qui postq̄ꝫ decimus
cadens propter superbiam uersus ē
in diabolum. in perseuerantia eterne
beatitudinis solidati sūt. Queritur
quare tribus exclusis sex tantum in
prefatione cōmuni ponūtur. in qua
per celos troni accipiūtur. ut dictuz
est. uider᷑ enim ex hoc ꝙ illi cum ce
teris maiestatē diuinaz nō glorificāt
⁊ adorant. sed absit hoc. nam uirtu
tes celoꝝ omnes ordines cōprehen
dūt. ut testatur Gre. in omelia illius
euangelij. Erunt signa in sole ⁊ luna
Unde ps̄. Uerbo dn̄i celi firmati sūt
⁊. s. o. e. o. u. e. ⁊ iterū. Dominus uir
tutuz ipse ē rex glorie. Uel forte licz
occulta. tamen circa hoc prouisuz ē
ratione. Dyonisius quippe tres tra
didit esse ierarchias siue ordines an
geloruz. trinos in singulis ponēs. ut
similitudo trinitatis in eis in᷑uenir᷑
impressa. Et dicitur ierarchia a iear
quod est sacrum. ⁊ archos quod est
princeps. q̄si sacer ꝑncipatus. Sunt
eni tres ordines superiores. tres īse
riores. tres medij. Superiores sunt
cherubin seraphi͂ ⁊ troni. medij sūt
dn̄ationes ꝑncipatus ⁊ potestates.
inferiores sunt uirtutes archangeli
⁊ angeli. de quorū singulis medius
ordo in prefatione subtrahitur. ad
notanduz ꝙ cōparatione trinitatis
eterne. cuius maiestas ī eis precipue
recōmendat᷑. oīa alia trinitas dimi
nuta reperitur ⁊ īperfecta. naz quis
in nubibus equabitur dn̄o. quia si
milis erit dn̄o in filijs hominuz. De
superioribus subtrahitur cherubin
De medijs ꝑncipatus. De inferiori
bus archangeli. Hanc quippe eternā
⁊ indiuiduā trinitatez laudant āgeli
adorant dn̄ationes. trement ptātes
Cum q̄bus et nr̄as uoces. ¶ Duas
enim oīpotens deus rationales edi
dit creaturas. angelicam uidelicet ⁊
humanaz. que laudibus diuinis insi
sterent. ⁊ ei grāruz redderēt actiōes.

quas dum pari uoto concelebrant
tanq̄ ſuperiores cum inferioribus
corde in celeſti cithara ſociantur. de
qua dicit Jo. ⁊ audiui uocem citha
redorum citharizantiū citharis ſuis
⁊ cantabāt quaſi canticū nouum. iō
ergo dicit. ſocia exultatione concele
brant. qm̄ omnes predicti ordines.
⁊ etiam humana creatura maieſtatē
dei pr̄is per chriſtū ſocia exultatiōe
eq̄liter cōcelebrant. ſupplici cōfeſſio
ne. quaſi nō ſuperba p̄ſumptione ſʒ
humili laude dicentes. Sanctus ſcūs
ſanctus. ⁊c. ¶ Porro gelaſius papa
tractus ⁊ ymnos cōpoſuit ⁊ prefati
ones. cantu quidē ⁊ non elimato ſer
mone dictauit. Et eſt notandū ꝙ li
cet olim innumere eſſent p̄fationes
hodie decem tantū ſunt canonizate
Unde pelagius papa. de conſe. di. i.
inuenimus inquit. Inuenimus has
nouē prefatōnes in ſacro cathalogo
tantūmodo recipiendas. Unam i re
ſurrectione ⁊ in albis paſchalibus.
id ē ſeptimana paſchali. Aliam i die
aſcenſionis dn̄i. Tertiam in die pen
thecoſtes. Quartam in natali domi
Quintam in epiphania dn̄i. Sextaʒ
de apl'is. Septimaʒ de ſancta trinita
te. Octauam de cruce. Nonam de ie
iunio in q̄dragesima tantūmodo di
cenda. De qua dicetur ī ſexta parte
ſub quarta feria cinerum. Urbanus
quoq̄ papa. lxx. di. ſanctorū. addi
dit. x. de beata uirgine maria. illam
uidelicet. equū ⁊ ſalutare. q̄ ⁊ unige
nitum tuum.

¶ De Sanctus ⁊c.

Ecleſia ſperans ſociari an
gelis ⁊ archangelis de qui
bus in prefatione mentio
facta eſt. ſtatim poſt illaʒ cōformat
ſe angelico cantui. canens ymnum il
lum. Sanctus ſanctus ⁊c. quem Six
tus papa primus iſtituit decantari
Hic eſt cantus puerorum quem can
tauerunt domino offerenti ſe illis i
decima luna. qui q̄ſi reſeruatus fuit
uſq̄ ad quartādecimaʒ lunam in be
thania. Cum ergo ſacerdos fuit. lau
dem ſiue prefationem totus chorus
qui repreſentat eccleſiaʒ ſimul canit
deinde euangelicum ymnum. ut una
⁊ equalis gloria ⁊ laus ⁊ honor de
cantetur patri ⁊ filio ⁊ ſpiritui ſanc
to. ¶ Notandum autem eſt ꝙ ym
nus iſte partim angelorum. ⁊ parti
hominum uerba complectitur. pri
ma enim pars laudeʒ continet ange
lorum. ultima hominū. Legitur eni
in yſa. vj. c. ꝙ ſeraphin clamabāt al
ter ad alterum ⁊ dicebant. Sanctus
ſanctus ſanctus dominus deus exer
cituuʒ. plena eſt omnis terra gloria
eius. Legitur quoq̄ in euangelio.
Mat. xxj. c. et Marci. xj. c. ꝙ qui pre
ibant ⁊ qui ſequebantur clamabāt
dicentes. Oſanna filio dauid. bene
dictus q̄ ue. in no. do. Siquidē uox
angelorum. ſ. oſanna in altiſſimis tri
nitatis ⁊ unitatis. in deo cōmendat
archanum uox hominum. ſ. oſanna
filio dauid. diuinitatis ⁊ humanita
tis in chriſto perſonat ſacramentū.
Merito autem cantica angelorum i
eccleſia cātamus. quia per hoc ſacri
ficium terrena celeſtibus iungi non
dubitamus. ⁊ ideo cum eis in excel
ſis ſaluari clamamus. ¶ Illud etiaʒ
aduertendum ꝙ ter dicitur ſanctus
ut notetur trinitas ſeu diſtinctio p
ſonarum. ſed ſemel tantum dicitur
dominus deus ſabaoth. ut notetur
diuine uſie unitas. de conſecra. diſ.
ego. Quia unitas adoratur ut ſic tri
nitatis ⁊ unitatis miſterio compro
betur. ¶ Item dicitur ter in ſingu
lari numero. ſanctus. et non dicitur
pluraliter ſancti. ut una ſanctitas in
his tribus perſonis. ⁊ una eternitas
intelligatur. hoc non ſolum ſeraphi
clamabant ſub excelſo dei ſolio. ſm

prophetaꝫ. sed ⁊ quattuor animalia
secunduꝫ apocalip. In circuitu sedes
requiem non habebant die ac nocte
dicentia. Sanctus scũs scũs do. de.
oipotens. Dicitur autem deus scũs
id est sanctificans. non autem sancti
ficatus. Unde sancti estote quia ego
sanctus sum. ⁊ dominus deus uester
dicitur pater sanctus. dicente filio.
pater sanctifica eos in ueritate quos
dedisti mihi. quia tu sanctus es. Di
citur filius sanctus angelo ꝓtestãte
Quod nascetur inquit ex te sanctuꝫ
uocabitur filius dei. Dicitur sãctus
spiritus sanctus christo dicente. Ac
cipite spiritum sanctum quorum re
miseritis peccata remissa erunt. Di
citur quoqꝫ dominus deus sabaoth
id est dominus exercituum. uidelicꝫ
angelorum ⁊ hominum. quoruꝫ ter
ribilis est ut castrorum acies ordina
ta. de quo in ps̃. dicitur ab angelis.
Quis est iste rex glorie do. uir. ⁊c.
Tot enim exercitus habet deus i ter
ra quot sunt ordines in ecclesia. tot
habet in celis quot ordines sunt in
angelis. Nomen ergo celorum ⁊ ter
re angeli ⁊ homies diuini pleni gra
tia hic perhibentur. uel ad litteram
celi et terra gratia diuina repletur.
quia deitas est ubiqꝫ. unde ꝓpheta
Si ascendero in celum tu illic es. si d̊
scendero ad infernũ ades. Sabaoth
ergo dicitur dominus exercituũ siue
militarium uirtutum seu uictoriarũ
interpretatur. uel omnipotens ut ip
se sit dominus deus ⁊ ipse omnipo
tens. qui exercitum angelorum atqꝫ
hominum disponit. Et ideo subdit
pleni sunt celi ⁊ terra gloria tua. hoc
ẽ ut eiꝰ gloria celi ⁊ terra gubernent
⁊ qui in celis ⁊ q̇ in terra sũt glorifi
cent ⁊ honorent nomen sanctũ eius.
Celi autem pleni sunt gloria. terra
uero spe. Tunc uero in re plena erit
cum adimplebitur illud. fiat uolũtas
tua sicut in celo ⁊ in terra. Dum aũt
dicimus pleni sũt celi ⁊ terra gloria
tua. agimus gratias creatori de om
nibus beneficijs. Dum uero dicimꝰ
benedictꝰ qui uenit ⁊c. agimus gra
tias spetialiter de beneficio redemp
tionis. quia enim necessariuꝫ est ad
eternam saluteꝫ incarnationis miste
rium confiteri. recte subiungitur be
nedictus qui uenit in nomine domi
Ego inquit ueni i nomine pr̃is mei.
nomen patris mei est filius. de quo
dicit propheta. Ecce nomen domini
uenit de longinquo. Dum ergo san
ctus inchoatur inclinati stare debe
mus. quia tunc incarnationem maie
statẽqꝫ diuinam per angelorum ho
minũqꝫ cantum recognitam uenera
mur. Rursus dicẽdo benedictus ⁊c.
et cum hec sint de euãgelio debemꝰ
signum seu uexilluꝫ crucis nobis fa
cere seu imponere. quia christus ꝑ
crucẽ triumphauit ⁊ nos triumpha
re facit. Quando enim christus ue
nit ad iherusalem. ⁊ descendit d̊ mõ
te oliueti. tunc filij israhel clamaue
runt dicentes. Benedictus qui uenit
in nomine domini. q̇ aduentus chri
sti in iherusalem significat futuram
resurrectionem. quando ipse ueniet
iudicare uiuos ⁊ mortuos. ⁊ appare
bit nobis in eadem carne in qua ꝓ
nobis passus est. et tunc in nomine
ihesu omne genu flectatur celestiuꝫ
terrestrium ⁊ infernorũ. unde ⁊ tũc
quidam incipiunt genu flecte ⁊ de
uote orare. ¶ Sequitur osanna qd̊
est uerbuꝫ hebreum. ⁊ significat sal
ua obsecro. supplendum est populũ
tuum. uel totum mundum. composi
tum quideꝫ uerbum est ex osi quod
interpretatur uiuifica. ⁊ anna quod
est apud hebreos iteriectio obsecrã
tis. motum animi significans sub d̊
precantis effectu. Integre ergo dici
tur osyanna. quod nos corrupta me
dij uocabuli littera ⁊ elisa dicimus
osanna. quod facimus ex ignorãtia

aut scienter sinalimphantes uocalez elidimus. prout in metris fieri cõsue uit. Dicitur autem bis osanna in ex celsis. propter duas partes salutis. que sunt stola mentis ⁊ stola carnis quibus sancti beatificãtur in gloria ut uidelicet anima ⁊ corpore saluati inter angelos deputemur in excelsis id est in altis. s. in celo. Reperit᷑ aũt hic ṽsiculus in psalmo cẽtesimodeci moseptimo. ꝙ enim turbe dixerunt osanna hoc est qȯ tibi dicit᷑. O dñe saluum me fac. et eisdem uerbis ibi subiungitur. Benedictus qui uenit ĩ nomine dñi. Sane in hoc angeloruz ⁊ hominũ concinio quandoq̧ orga na concrepant. quod a dauid ⁊ a sa lomone introductũ est. qui institue rũt ymnos in sacrificio dñi organis ⁊ alijs instrumẽtis musicis cȯcrepa ri et laudes a populo cȯclamari. Ue rũtamen quanto cor maius est cor pore tanto dño deuotius corde ꝙ̃ corpore cõfitemur. De hoc dicit᷑ in fine phemij quinte ꝑtis. ¶ Ex nũc autem gestibus ⁊ uerbis christi pas sio representatur. Nam diaconus ⁊ subdiaconus post dorsuz uadũt epi scopi seu sacerdotis. i quo fuga apo stolorũ in christi passione significa tur. prout in ti. de oblatione dictuz est. Si qui uero stant retro altare ꝓ spicientes in epum. significant muli eres que a longe stantes eius passio nem uiderunt. Omnes sũt ⁊ qui re tro stant ⁊ qui in faciem episcopi in spiciunt inclinant se. maiestatez diui nam ⁊ inclinationem dñi uenerãtes que ꝑ cantum angelorũ ⁊ hominuz introducta sunt. Ordo enim angelo ruz sanctus scũs scũs dñs deus saba oth maiestatem introduxit diuinaz. Ordo uero hominũ dicit. Bñdictus qui uenit in nomie dñi aduentum si gnificauit in carne. Ipsa quoq̧ incli natio mesticiã significat discipuloꝝ de morte christi. qui nõ audebãt se erigere ⁊ ꝯfiteri se esse discipulos eiꝰ Ideoq̧ stant inclinati donec dicat᷑ libera nos a malo. uanuz eni erat eis ante lucem surgere. i. ante resurrecti onez de christo gloriari. ꝑ quã sunt ab oibus tribulationibus liberati. unde ⁊ hec petitio in dñica oratione septima ẽ. qui numerus est uniuersi tatis. De hoc dictum est sub ti. qua liter episcopus uel sacerdos.

¶ De secreta seu canone misse Rca

Post acclamatuz preconiuz sequitur secretuz silentiuz in quo ⁊ misse canõ deuo te dicitur ⁊ sacrum misteriũ ꝑagitur qȯ fit ꝑ solum sacerdotem. qm̃ ẜm Mat. xpus solus orauit. ⁊ secunduz quosdã hic incipit missa. qm̃ cetera sunt de solẽnitate. de conse. di. ij. pa nis est. Canon autẽ misse ⁊ oblatio ut dictum ẽ in ti. de prefatione. ⁊ ac tio. ⁊ canon. ⁊ sacrificiũ. ⁊ secreta uo catur. Actio dicit᷑ propter sacra mi steria que in eo agunt᷑. ⁊ qꝛ tunc cuz deo agitur causa nostra. ut dictuz ẽ in prohemio huius ꝑtis. unde qꝛ i c. illo. cȯmunicantes ⁊c. ⁊ in illo. hãc igitur oblationẽ. certis diebꝰ ultra ordinaria canonis seu actiȯis uerba quedã adduntur ⁊ dicũtur. ideo in missalibus in uarijs locis suꝑ illas additȯnes scribitur talis titulus seu rubrica infra actionem. eo ꝙ ille in fra seu q̃si in medio ipsius actionis siue canonis dici debꝫ. Canon uero dicitur ꝙ regulis patrum cȯpositus est. a sanctis eni patribus sunt aliq̃ uerba mistica ibi istituta. Canõ aũt grece dicitur regula latine. Dicit᷑ eti am canon. qꝛ regulariter xpus uerus sacerdos in eo representat᷑. seu quia ꝑ hunc fit regulariter cȯsecratio sa cramẽti. Sacrificiũ autez dicit᷑ a sua parte digniori. de quo dictũ est sub ti. de oblatione. Secreta dicitur q̃si

nobis occulta. q̇a humana ratione nequaq̄ tantū misteriū plenarie capere potest. ad quod significanduꝫ merito secreta uoce celebratᷣ. ad hoc etiā significandū sacerdos secretum intrans q̄si uelatur quibusdaꝫ cortinis que sunt ī lateribus altaris. ꝑut infra dicetur in quarta ꝑticula canonis super uerbo. hanc igitur. dicitur etiā secreta. qꝛ secrete ⁊ sub silentio dicitur. christus enī ad cōsecrationē corporis sui uēturus secrete ⁊ solus orabat ab hora cene usq̄ dum suspēsus est in cruce. quas orōnes secreta significat. priscis quoq̄ tēporibus antiqui p̄res sub silētio sacrificabāt ⁊ cōmunicabāt. quod etiam in sabbato sancto obseruamus. preterea ut Joh. euangelista describit. postq̄ christus honorifice fuit receptus et magnificatus a turbis cū palmis et laudibus. abijt ⁊ abscondit se non utiq̄ trepidantis formidine. sed dispensationis officio. qꝛ nō dum uenerat hora eius quā post que aduenit spontaneus ad passioneꝫ accessit. Illud ergo christi latibulū hoc secretū silentiū representat. in quo sola dirigitur ad dominū intenta deuotio. Tunc eni sacerdos intrare debꝫ ī cubiculum cordis ⁊ hostio sensum corporis clauso deum patrē orare. qui exauditor est clamoris cordis nō uocis. Unde anna typum gerens ecclie non petitione clamosa sed tacita deuotione qꝺ petiuit īpetrauit. ꝺ qua in libro Reg. legitur ꝙ loquebatur in corde suo ⁊ labia eius tm̄ mouebātur. sed uox penitus nō audiebatᷣ Unde ⁊ moysi dn̄s inquit. Quid clamas ad me cum tm̄ ipse tacebat. propheta etiā dicit. Dicite in cordibus uestris ⁊ in cubilibus uestris cōpungimini. ¶ Potest etiā dici ꝙ prima secretella representat tēpus illꝺ qn̄ christus uenit hierosolimā ad diem festū nō manifeste. hec autēꝫ secreta tēpus illud quo receptus fuit in iherusalē cum ymnis ⁊ ramis. ⁊ sexta feria sequēti crucifixus fuit. Prefatio uero illud qn̄ christꝰ in cenaculo ymnum retulit. ⁊ illo dicto exiuerunt in montē oliueti. sursum corda ascensionem. Secundo ideo secreta in silentio dicitᷣ. ne sacerdos clamādo his que aguntᷣ minus intēdat. Tertiō ne uox sacerdotis nimio clamore deficiat. Quarto ne sacrosc̄ā uerba uilescant. fertur enī ꝙ cū antiquitus publice ⁊ alta uoce canon diceretᷣ. oēs pene ꝑ usum illum sciebāt. ⁊ in plateis ⁊ in uicis decantabāt. Unde cū quidā pastores illum in agro cantarēt ⁊ paneꝫ sup lapidē posuissent ad uerborum ipsorū ꝓlationem panis in carnem cōuersus ē. Ipsi tm̄ diuino iudicio igne celitus misso ꝑcussi sūt ꝓpter qꝺ sancti patres statuerunt uerba ista sub silentio dici. inhibentes sub anathemate ne ꝓferanturᷣ nisi a sacerdotibus sup altare ⁊ in missa ⁊ cum uestibus sacris. quedā etiā orationes q̄ ante prefationē sub silētio dicūtur secrete uocātur. De quo ⁊ de silentio sub ti. de inclinatōne sacerdotis dictū est. ¶ Consecrantis ergo mens ut premissum ē ad id solum debet esse intenta. nam eos qui adorant in spiritu ⁊ ueritate adorare oportet. ne uero musce uenientes perdant suauitatē unguenti. i. ne importune cogitationes tollant deuotioneꝫ orōnis. flabello spūs abigantur. i. inspiratione gratie repellātur. q̄tenus auster adueniēs ⁊ spūs scūs accedēs perflet ortum. i. mentē fecūdet ut aromata fluant. i. ut uirtutes habundēt. ad qꝺ etiaꝫ significandū estiuo tp̄e materiale flabellū duꝫ in secreta dicitur adhibetᷣ. hac etiaꝫ ratōe uidelicꝫ ne musce ueniētes ꝑdāt suauitatē unguēti. dici potest ꝙ canon dici debꝫ expedite nō morose ⁊ ne auditoribus tediū generetᷣ. unde

in Exo. dicitur. fac festinãter. qd de
imolatione agni dictũ est. ꝛ pbatur
etiã; ibi. ꝛ comedetis festinãter. sed
nec nimis etiã festinãter. q2 nõ deb;
sacrificiũ sine sale. i. discretione ꝛ de
uotione offerri. debet etiã in libro
legi ne ullus error cõtingere possit.
¶ porro sacerdos missam celebrãs
repñtat ea q̃ olim põtifex iter scã
sanctorũ egit. ꝛ q̃ christus egit quẽ
ille pfigurauit. Siquidẽ ea q̃ fiunt a
pncipio secrete usq; in fine;. passio
nem dñi sepulturã ꝛ resurrectionem
dñicam repñtãt. Recolitur enĩ ibĩ
memoria eorũ que gesta sũt p ebdo
madã antepaschale;. a decima luna
pmi mensis qñ ihesus obijt ierosol
lima;. usq; ad septimãdecima; qñ re
surrexit a mortuis. pptᵉr qd in ple
risq; sacramẽtis iter pfationẽ ꝛ ca
none; imago crucifixi depingit̃. ut
nõ solum itellectus lr̃e uerũ etia; as
pectus picture memoriã dñice passĩ
onis ĩspiret. ꝛ forte diuine factum ẽ
puidẽtia lic; humana nõ sit ĩdustria
pcuratũ. ut ab ea lr̃a canon ĩciperet
i. atq; hebraice thau dicitur. que sui
forma signũ ꝛ misteriũ crucis ostẽ
dit ꝛ exprimit dicendũ. sed p Ezech.
signa thau ĩ frontibus uirorũ dolẽ
tium ꝛ gementiũ sup abhomĩationi
bus ierusalẽ. qm p christi passionẽ
hec oĩa in cruce ipleta sunt ꝛ efficaci
am habẽt. In quibusdã tñ codicib⁹
ꝛ maiestas pr̃is ꝛ etiã imago depin
git̃ crucifixi. ut sacerdos q̃si presen
tem uideat quem ĩuocat ꝛ quẽ allo
quit̃ dicens. Te igitur ꝛc̃. et passio
q̃ hic representat̃ cordis oculis ĩge
ratur. Sacerdos aũt osculat̃ pedes
ipsius maiestatis ꝛ se signat in frõte
inuens q; reuerẽter ad misteriu; pas
sionis accedit. Quidam tamẽ prius
osculãtur pedes maiestatis ꝛ postea
crucifixi. sm seriem canonis. alij ecõ
tra. q2 p filium puenitur ad patre;.
deinde dicẽs. te igitur. se iclinat. ut
ibi dicet̃. ¶ Secreta ergo passione;
representat. passio incipit ibi. unde
ꝛ memores ꝛc̃. crucifixio ibi. hostiã
puram. hostiam scãm. hostiam ĩma
culatam. Oratio uero a christo i cru
ce incepta ibi. supplices te rogamus
ꝛc̃. Episcopi seu sacerdotis ĩclinatio
tũc facta ante altare significat emissi
one; spũs capite inclinato. Eleuatõ
uocis cũ dicitur. nobis quoq;. signi
ficat exclamationẽ centurionis dicẽ
tis. uere filius dei erat iste. Due cru
ces supra corpus ꝛ calicem facte do
cent christũ p duobus populis cru
cifixu;. Oblata ĩ calice significat cor
pus christi. Uinum in calice sanguĩ
nem eius subdiaconus a facie epi in
cipiẽtis. pater nr̃. significat mulieres
sepulto dño recedẽtes a monumẽto
Patena significat feminarũ corda in
obsequio sepulture christi latitudie
caritatis patẽtia. put sub ti. de obla
tione dictũ est. De his p sua loca di
cet̃. Traditur aũt q; gelasius papa
quinq̃gesimusprim⁹ a beato petro
canonẽ pncipaliter ordinauit. nõ enĩ
secreta tota simul ab uno cõposita ẽ
put dicetur ĩ tertia pticula sup uer
bo. cõicantes. Et licet aliqua uerba
sint ab aliquib⁹ quos tñ ignoramus
addita que in euãgelij textu nõ con
tinẽtur. ut in sexta pticula super uer
bo. eleuatis oculis. nulli tñ subtrahe
re uel addere licet nisi forte quãdo
cũq; eorum nomĩa p quibus nomi
natim sacrificiũ offertur. sicut inferi
us in decima pticula ostendit̃.
Notandũ uero est q; quida; sedent
in canone misse. significantes ap̃los
qui sedebant tristes de nece domini
in cenaculo. alij stant significantes
moysen qui extẽsis manibus orabat
ꝛ aaron ꝛ hur illius manus sustenta
bant. De quo sub ti. de oratione di
ctum est. Quidam uero ut aliqui ex
ministris nec sedent nec stant seu in
uestibus sacris sunt facie inclinati.

ꝑut dictum est sub ti. de sanctus. et sub titulo q̄liter sacerdos ⁊ mistri ad altare debent stare.

¶ De expositione canonis qui incipit. Te igitur. Rica.

EXpositōni canonis hic uacare ꝑnidimus. uerūtamē quicquid conamur exprimere uix nullius apparet esse momēti. Deficit nāq lingua. sermo dispa ret. superatur ingeniū. opprimitur itellectus. pulsabo tamen ad hostiuz ut amicus accomodet mihi tres panes. ꝺ peni. di. i. importuna. qui maxime in hoc cōuiuio necessarij erunt ut uidelicet fide que petit ⁊ accipit uitam. spemq querit ⁊ inuenit uiaz ⁊ caritatem que pulsat ⁊ aperit ueritatem. ¶ Canon autez undecim cōtinet partes. Secūda incipit ibi. memento domine. Tertia ibi. communicantes. Quarta ibi. hanc igitur Quinta ibi. quam oblatinez. Sexta ibi. qui pridie. Septima ibi. simili modo. Octaua ibi. unde ⁊ memores Nona ibi. supplices te rq. Decia ibi memēto. Undecima ibi. nobis quoq. ¶ Alij dicunt ꝙ cōtinet. xij. partes. Secunda pars incipit ibi. in primis. Tertia ibi. memēto. Quarta ibi cōmunicātes. Quinta ibi. hanc igit Sexta ibi. qui pridie. Septima ibi. unde ⁊ memores. Octaua ibi. supra que ꝑpitio. Nona ibi. memēto. Decima ibi. nobis quoq. Undecia ibi ꝑ quem hec omnis. Duodecima ibi oremus preceptis salu. mo. ¶ Sed secundū alios sex solum cōtinet partes. secunda incipit ibi. in primis. tertia ibi. cōicantes. quarta ibi. hāc igitur. quinta ibi. supplices te ro. sexta ibi. oremus ꝑceptis. ¶ Sunt etiam qui dicunt ꝙ quinq tm̄ sunt ꝑtes. unde ⁊ q̇nquies cōcluditur per christū do. no. eo ꝙ ꝑ quinq ꝑtitaz dn̄i passionē oratio fideliū exaudit. de hoc dictū est in fine ꝓhemij huius partis. Incipit ergo canon ⁊ ei9 prima ꝑticula. Te igitur. ⁊ exponit id est certe. sacerdos eni hoc dicens alloquitur deum tanq presentē uel istud ergo cōtinuat precedentia q̄si diceret. tu es sanctus dn̄s. igitur clemētissime pater. i. clarissima mente habūdantissime. uel. i. misericordissime. uel. i. mentez clarificās. mens eni clarescit cum deum ꝓpicium sentit. que uerba dicendo sacerdos se ante altare iclinat. significans ꝙ petrus iclinauit se dum ꝓspexit in monumētum. Rursus hec sacerdotis inclinatio in principio canonis humilitatē christi ad passionem. Quodq sacerdos ipse cum reuerentia ad misteriū crucis accedit significat. Et i his uerbis notatur ꝙ sicut legalis sacerdos uultum uersus ꝓpiciatorium habebat. prout dictum est in prohemio huius partis. sic ⁊ noster ad dei clementiam cor debet habere. et sicut pontifex intrabat in sancta sanctoꝝ semel in anno ferens sanguinem hirci aut uituli. sic ⁊ christus per propꝛium sanguinem introiuit semel i sancta eterna redemptione inuenta. sic et minister ecclesie intrat cum sanguine in sancta sanctorum quotiēs in mente memoriam saguinis christi gerens. Secrete inchoat misterium qui non solum mente sed etiam crucis signaculo. de quo iam dicetur christi recitat passionem.

¶ Sequitur supplices. id est humiles. uti accepta habeas. id est ut accipias. seu ut grata habeas. et hic osculatur altare in reuerentiam passionis. per hoc compati se ostendēs ¶ Sane eadem die qua laudes a turbis christo sunt acclamate. uidelicet decima luna ꝑmi mensis qn̄ ꝑm legez typicus agnus i domos hebreorū iferebatꝰ. Uerus agnꝰ ihūs xp̄us

ingressus ē iherosolimā ⁊ multis in sidijs q̄rebatur ad mortē. ¶ Traditus aūt est a tribus. s. a deo p̄re pro nobis. unde ap̄l's. Proprio filio nō pepcit deus. sed ꝑ nobis oībus tradidit illū. a iuda. unde in Mat. querebat iudas oportunitatē ut eū traderet. et a iudeis pilato. unde in Jo. gens tua ⁊ pōtifices tui tradiderūt te mihi. Prima traditio fuit ex gr̄a qꝛ dilexit nos ⁊ tradidit seipsū pro nobis. Secunda ex auaricia. qꝛ cōstituerunt ei. xxx. argēteos. Tertia fuit ex inuidia. sciebat enī pilatus q̄ per inuidiā tradidissent eū. Deus ergo tradidit ex dono. iudas ꝑ munere. iudeus in sacrificiū illibatū. Ad q̄d designandū sacerdos facit tres cruces sup oblatā ⁊ calicem cum dicit hec dona. hec munera. hec sc̄a sacrificia illibata. q̄si diceret. offerimus tibi clemētissime pat̄ hec dona. hec munera. hec sc̄a sacrificia. cōmemorantes illam traditionē quam deus fecit ex dono. iudas ꝑ munere. iudeus in sacrificiū illibatum. singuli tn̄ ad mortē. mortem aūt crucis. Secundo etiā fiunt tres cruces in reuerentiam eius qui ē trinus deus. cuius potentia fit cōuersio panis ⁊ uini. Tertio in figurā triplicis unionis in acceptatione saluatoris. Quarto i memoriā triplicis crucifixionis. prima fuit in uolūtate ꝑsequentiū. de qua Jo. xi. Collegerunt ergo pōtifices ⁊ pharisei conciliū ⁊c̄. Secunda fuit i uoce clamantiū. de qua Mat. xv. at illi magis clamabāt crucifige eum. Tertia fuit in crucifixione manuū ⁊ pedum. de qua Luc. crucifixerūt eū. Quinto in tribus crucibus. tempus ante legem q̄d tribus distiguitur interuallis innuimus. scilicꝫ ab adā ad noe. inde ad abrahā ⁊ inde ad moysen. In quibus tribus temporibus iusti christū suis sacrificijs p̄figurauerūt. ut abel in agno. melchisedech

in pane ⁊ uino. ⁊ abraham in filio. Uerum ꝑ premissa tria uerba nō aliud atq₃ aliud dicitur. sed res una ꝑ sui magnitudie diuersa appellatione laudatur. Donū quidē dantis. munus accipientis. sacrificiū offerentis pater dedit. filius obtulit. spiritus sanct⁹ accepit. unde ap̄l's. Christus ꝑ spiritum sanctū semetipsum obtulit deo imaculatum. singuli tamē dederunt obtulerunt ⁊ acceperūt. sed ad distictionem dicitur pater dedisse ꝑpter auctoritatē. filius obtulisse propter humilitatē. spiritus sc̄us accepisse ꝑpter benignitatem. Eadē enim sacrificia dona sunt ⁊ munera Dona sunt nobis ad sustentationē a deo collata. munera sunt a nobis deo ut laudetur oblata. nam ⁊ que sacris offerūtur altaribus ⁊ munera nūcupātur ⁊ dona. Unde ⁊ domin⁹ inquit in euangelio. si offers munus tuum ante altare uade prius reconciliari fratri tuo. ⁊ daniel dixit ad balthasar. munera tua tibi sunt ⁊ dona tua alteri da. ⁊ alibi. xiiij. q. v. scriptum. Respexit deus ad abel ⁊ ad munera eius. ¶ Sacrificia dicuntur qꝛ sacrificantur et offeruntur pro peccatis nostris. et nos sacros efficiūt Unde apostolus inquit de pontifice ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. ¶ Sermonum igitur iculcatio pie deuotionis est excitatio et ineffabilis commendatio sacramenti. quod sacramentum digne eucharistia appellatur. prout dicetur in sexta particula sub uerbo qui pridie Proprie autem munus dn̄i. donum deo datur. nam munera dicuntur q̄ manib⁹ dantur uel accipiunt̄. Rursus dicuntur dona quo ad panē in quo est farina ⁊ aqua. munera quo ad uinū in quo est uinū ⁊ aqua. hec sc̄a sūt sacrificia quo ad utrūq₃. ſm Aug. dona referim⁹ cū nosmetipsos deo offerimus ⁊ donamus. munera

cum eius beneficiorum memores su
mus. Sacrificia illibata cũ ei bumili
tatem et laudes ĩpendimus. de hoc ui
de. ĩ cõse. di. ij. in canone. cõperim⁹.
Et nota ꝙ ideo dicit͛ pluraliter do
na mũera sacrificia. qꝛ panis et uinũ
priusꝙ cõsecrantur et diuerse sũt spe
cies substantiarũ et diuerse substãtie
speciarũ. sed ubi cõsecratio celestis
accesserit species quidẽ remanẽt. sed
substãtie cõuertuntur. itaꝙ diuersa
sunt cõtinentia. sed unicũ est conten
tum. nam idem sub utraꝙ specie cõ
tinetur. licet nõ in idem utraꝙ sub
stãtia cõuertatur. sicut infra planius
et plenius ostẽdetur. Dicũtur etiam
scã et illibata. qꝛ panis et uinum scifi
cant͛ in sacrosanctũ corpus et imacu
latum sanguinem christi. nõ enim di
cunt͛ illibata qua ĩ nõdum gustata.
sed potius dicũtur illibata. i. ĩmacu
lata. q̃ sine macula cordis et corpo
ris oportet offerri. quatenus et cor
ab iniquitate et corpus ab imundi
cia purgetur anteꝙ offerant͛. qm̃ ut
ait aplus de cõse. di. ij. qui celare. c.
se. Quicũꝙ mãducauerit panem et
biberit calicem dñi indigne. reus erit
corporis et sanguinis dñi. ꝓbet autẽ
seipsum homo et sic de pane illo edat
et de calice bibat. qui eni manducat
et bibit idigne. iudiciũ sibi mãducat
et bibit. Dicũtur ergo illibata. i. sine
labe. sicut agnus pascbalis q̃ signifi
cat christũ qui est sine macula. id ẽ
ruga. uel illibata. i. ĩcorrupta. nõ qꝛ
substãtia panis et uini corrumpi nõ
possit. sed quia corpus et sanguis fi
lij dei in que uirtute uerboꝝ ĩ species
iam transsubstantiate sunt. corrũpi
non possunt. Unde ps̃. Non dabis
sanctum tuum uidere corruptionẽ.
Tertio dicit illibata. ad notandum
ꝙ nullus extraneus ad fidem debet
approximare illis. ut dicetur in ter
tia particula super uerbo cõicantes.
¶ Tria autem sunt ecclesie sacrificia
per tria que fiebant in ueteri testõ
figurata. prout dictum est in prohe
mio huius partis. Sequitur in p̃mis
que tibi offerimus etc. ¶ Sane lega
lis pontifex ingrediens in sancta san
ctorum orabat. ut dictum est in pro
hemio huius partis. et christus ante
passionem orauit se glorificari disci
pulosꝙ conseruari. et nunc etiam se
dens ad dexteram patris interpellat
ꝓ nobis. sic et noster minister sequẽs
aaron et christum ꝓ tota supplicat ec
clesia. que consistit in prelatis et sub
iectis etc. Licet autem unus tm̃ sacri
ficium offerat. tamẽ pluraliter dicit
offerimus. qꝛ sacerdos non tantũ in
sua. sed in totius ecclesie persona sa
crificat. quapropter in sacramento
corporis christi. nil a bono maius.
nil a malo minus ꝑficitur sacerdote
ꝓut dictum est in prohemio huius
partis. ¶ Uerum nobis hic inuesti
gandũ occurrit. quibus et ꝓ quibus
et qualiter et quare debeamus sacrifi
cium altaris offerre. Et quidem hec
q̃tuor ex ipso canone colligere pos
sumus euidenter. quibus soli deo ui
delicet ĩdiuidue trinitati. ꝓ quibus
ꝓ ecclesia sancta catholica. uidelicet
pro oĩbus orthodoxis. q̃liter in uni
tate fidei. uidelicet in cõmunione sc̃õ
rum. q̃re ꝓ beneficijs corporalibus
spũalibus et eternis. sed oĩbus pro
pter deũ. primum notatur ibi. Tibi
reddũt uota sua eterno deo uiuo et
uero. Secundũ ibi. pro ecclia tua scã
catholica. Tertiũ ibi. cõicantes et me
mo. ue. Quartum ibi. ꝓ redẽptione
aĩarum suarũ ꝓ spe sa. et icol. sue. Sa
crificium ergo laudis offert͛ et genera
liter ꝓ cũctis et spãliter ꝓ quibusdã
s. ꝓ p̃ptis q̃ sunt iuxta aplm. in sub
limitate cõstituti. et ꝓ subditis ꝓ ui
ris et mulieribus. et ꝓ sacerdotibus
et astantibus. pro nobis et nostris de
p̃latis et subditis ibi. una cũ famulo
tuo papa nr̃o et oĩbus orthodoxis

De uiris uel mulieribus ibi. memen
to domi̅e famulorum famularu̅q̅ tu
arum. De ſacerdotibus ⁊ aſtantibus
ibi. omnium circu̅ſtantium ⁊ qui ti
bi offerunt hoc ſacrificiu̅. De nobis
⁊ noſtris ibi. ꝓ ſe ſuiſq̅ omnibus.
ſic ergo expone̅da eſt lr̅a. que tibi of
ferimus. In p̅mis. i. principaliter ꝓ
eccleſia tua ſa̅cta catholica. i. uniuer
ſali toto terraru̅ orbe diffuſa. ſed fi
dei ſacrame̅tis unita. quam. i. ut eam
pacificare digneris. ut habeat pace̅
ab hereticis ⁊ ſciſmaticis. ⁊ aduna
re q̅ diſperſa eſt inter perfidos ⁊ pa
ganos. uel hic dicitur ꝙ orandu̅ eſt
ꝓ diſcorda̅tibus abinuicem. quam ⁊
cuſtodire digneris a uicijs ⁊ demo
nib9. ⁊ regere in ꝓſperis ⁊ aduerſis.
Idipſum tn̅ uidet̅ eſſe pacificare q̅d
adunare cuſtodire ⁊ regere. tu̅c enim
pacificat cum fideliu̅ mentes adunat
ut ꝑ ſpiritum ſanctu̅ caritate diffuſa
multitudinis credentiu̅ ſit cor unum
et anima una. extra de ſum. tri. c. ij.
tunc cuſtodit cu̅ inter mundi ꝑicula
regit. ut de ſancto mittens auxilium
eam de ſyon tueatur. licz eni̅ in apo
calip. ſeptem ſcribatur eccleſijs. una
tame̅ in canticis eſt colu̅na. nam ſapi
entia edifi. ſi. do. ⁊ exci. co. ſep. Una
igitur eſt eccl̅ia ſeptem ordinibus di
ſtributa. uel ſeptem cariſmatibus in
ſignita. quam ipſe pacificat ⁊ adunat
Ille cuſtodit ⁊ regit. qui ꝓpter ipſi9
regimen ⁊ munimen unum ꝓpoſuit
uniuerſis. ut omnes ab uno ſicut cor
pus a capite guberne̅tur. ꝓ quo ſta
tim oratur cu̅ dicitur. una cum famu
lo tuo papa noſtro. que uerba addi
dit Clemens papa. Nam ut inquit
pelagius papa. conſtat ab uniuerſo
orbe ſepatos eſſe qui qualibet diſſe̅
ſione inter ſacra miſteria apoſtolici
pontificis memoriam ſecundum co̅
ſuetudinem non frequentant. Qui
uero non ſunt de romana dioceſi. ꝓ
ſuo quoq̅ debet orare pontifice.

quatenus unitatem ſpiritus in uin
culo pacis obſeruent. Unde debent
dicere uerba ſequentia. ſcilicet ⁊ an
tiſtite noſtro. Antiſtes tamen ipſe
celebrans non debet ea dicere.
Quod uero addunt quidam de an
tiſtite ⁊ rege. noua traditio eſt. ubi
orandum eſſe pro prelatis oſtendi
tur orandum etiam eſſe pro princi
pe apoſtolus docet. i. ad Thi. ij. c.
Obſecro inquit primo omnium fie
ri obſecrationes orationes et poſtu
lationes et gratiarum actiones. pro
omnibus hominibus. pro regibus
⁊ omnibus qui in ſublimitate ſunt
conſtituti. ut quietam ⁊ tranquillam
uitam agamus in omni pietate ⁊ ca
ſtitate. de conſecra. diſtinc. i. de pri
mis. ad finem. Sicut enim due ſunt
uite. celeſtis uidelicet ⁊ terrena. una
qua ſpiritus uiuit ex deo. et altera
qua caro uiuit ex ſpiritu. Ita due
ſunt poteſtates. eccleſiaſtica uideli
cet et mundana. Una que modera
tur ſpiritualia. et altera que mode
ratur carnalia. Iſta per clericos. et
illa per laicos. ut. xcvj. diſtinc. duo.
Poſt utra̅q̅ poteſtatem orandum e̅
pro omnibus orthodoxis qui utra̅
q̅ fidem catholicam uidelicet ⁊ apo
ſtolicam uenerantur et colunt. et ſic
heretici et ſciſmatici excluduntur.
Orthodoxi enim quaſi gloriantes
dicuntur. qui uidelicet deum recte
fidei confeſſione glorificant.

¶ De ſecunda parte canonis. ſcilicz
Memento domine. Rica.

Memento domine famulo
rum famularu̅q̅ tuarum et
omnium circu̅ſtantium ⁊c.
Secunda pars in qua etia̅ oſtendit̅
orandum eſſe ꝓ ſubditis. Et ex hac
iunctura uerborum euidenter co̅uin
citur ꝙ i̅ hoc loco debeat ſacerdos
ſpa̅lit̅ uiuos quos uoluerit me̅orare

quoniam sub sequenti memento de functoꝝ poterit agere memoriā ꝑe tialem. Hinc etiā euidēter apparet ꝙ̄ fenerū sit ⁊ salubre missarū interesse misterijs. cum sacrificiū eucharistie ꝑ circūstantibus spetialiter offerat᷑ ¶ Uerum cum deus nihil ignoret. nec alicuius ualeat obliuisci. quid ē ꝙ petimus ut deus meminerit nr̄i. porro deus dicit᷑ scire quos appro bat. unde nouit dn̄s qui sunt eius. ⁊ dicitur nescire quos reprobat. unde nō noui uos. Rursus dicitur obliui sci malorū cū malus ad bonū reuer titur. unde si ipsius egerit penitētiā omniū iniquitatū eius non recorda bor. Et dicitur obliuisci bonorum cū bonus ad maluꝫ ꝑuertitur. unde si iust⁹ a iusticia sua se auerterit. oēs iusticias eius nō recordabor. Deus etiaꝫ quādoqꝫ recordatur ad miserē dum. unde memēto mei deus meus qꝛ uentus est uita mea. quādoqꝫ ad puniendū. unde memēto dn̄e edom in die irl̄m. Petimus ergo nō ut nr̄i meminerit. sed ut nr̄i misereatur. se cundū illud. Reminiscere miserationū tuarū domie ⁊ mi. tu. q̄ a se. sūt. Sequitur quorū tibi fides cognita ē ⁊ nota deuotio. ⁊c̄. q̄si qui ꝓpicia ris fidelibus ⁊ deuotis. qui solus ui des in cōscientijs. qui recte credant ⁊ deuote te diligant. ut pote rerum scrutator ⁊ cordiū deus scientiaruꝫ dn̄s occultorū omnium ꝑscrutator. in cuius cōspectu nulla creatura est inuisibilis. ꝓ quibus tibi offerimus uel q̄ tibi offert hoc sacrificiū laudis ⁊c̄. q̄si diceret. memēto domie nō so lum eorū ꝓ quibus offerimus. sed etiā sacerdotū qui offerūt hoc sacri ficiū laudis ⁊c̄. Cum eni sacerdos of fert pro populo. nihilominus ⁊ ꝓ se uel ideo dicit. ꝓ quib⁹ tibi offerim⁹ uel q̄ tibi offerunt. qꝛ nō solum offe rūt sacerdotes. sed ⁊ uniuersi fideles Naꝫ qđ spāliter adimpletur misterio

sacerdotuꝫ. hic uniuersaliter agitur uoto fidelium. uel pro quibus offe rimus. s. actu. uel qui tibi offerūt. s. deuotione. Dicitur autem sacrificiū laudis secundū illud ap̄li. Quicq̄d facere debeatis oia ī laude dei facite ut deus laudetur in uobis. Secūdo sacrificium laudis dicitur. quia chri stus gratias agens illud instituit. ꝑ ut dicetur in serta particula sup uer bo. gratias agens. Tertio ideo. quia cum deo quicqꝫ offerimus sua tibi reddimus nō nostra largimur. unde si esuriero non dicam tibi meus est enim orbis terre ⁊ plenitudo eius. ergo immola deo sacrificium laudis ⁊ redde altissimo uota tua. Quarto quia deum laudare debemus nō so lum quia passus est pro nobis. etiaꝫ nobiscum est cottidie usqꝫ ad consu mationem uite. uel quia non solum se dedit pro nobis in pretium. sed etiam quia dedit se nobis in cibum ut per pretiuꝫ redimeret nos a mor te. per cibum aleret nos ad uitam. unde qui manducat me uiuit ꝓpter me. pro se effegesis est. id est exposi tio eius qđ sequitur. s. pro redemp tione animaruꝫ nostrarum. pro spe salutis ⁊ inco. sue. ¶ Seq̄tur suisqꝫ omnibus ⁊c̄. uidelicet cōsanguineis uel affinibus. familiaribus uel ami cis. licet enim diligere teneamur e. i am inimicos. secundū illud. Diligite inimicos uestros. seruare tamen de bem⁹ ordinē caritatis. q̄ incipit a se ipso. xxiij. q. v. si nō licꝫ. ꝺ pe. di. ij. sane cauendū. ex̄. ꝺ usupal. in fi. s̄m illud. Introduxit me rex in cellaꝫ ui nariā. ⁊ ordinauit in me caritatē. nā ⁊ ap̄lus ait. dum tēpus hēmus ope remur bonū ad oēs. maxime aūt ad domesticos fidei. ¶ Pro redēptiōe animarū suarum ⁊c̄. q̄si nō pro tem porali lucro uel appetitu terrenorū. sed ꝓ spe salutis ⁊ icolumitatis sue. i. ꝓ salute uel icolumitate speranda

Sepe enī salui facti sumus ꝑ salute quidē mentis ⁊ incolumitate corporis. Nam utraq; sanitas est ab illo q̄ dicit. Salus populi ego sum. Verū utraq; sanitas ꝑuenit ex redēptione anime. i. de remissione peccati. sic e cōtra de reatu peccati ꝓcedit ifirmitas utriusq;. iuxta sententiā ueritatis Ecce sanus inquit factus es iam noli peccare. ne deterius aliq̄d tibi cōtingat. ex. de pe. ⁊ re. cum ifirmitas. in prin. ¶ Porro tria sunt hominis bona corporalia. spūalia. ⁊ eterna. uidelicz infima. media. ⁊ suprema. ꝓ quibus sacerdos dicit se offerre. ꝓ corporalibus. i. ꝓ icolumitate. pro spūalibus. i. ꝓ redēptione. pro eternis. i. pro salute. Nam ⁊ dñs docet nos ꝓ his tribus orare uidelicet ꝓ eternis. unde adueniat regnū tuum ꝓ spūalibus. unde fiat uoluntas tua. sicut in celo ⁊ in terra. pro corporalibus. unde panē nostrū cot. da no. ho. Offerimus ergo sacrificium ꝓ eternis. ut dentur nobis in premiū pro spūalibus ut dentur nobis i meritū. pro corporalibus ut dentur nobis ad adminiculū. ut p hec ⁊ ista p ueniamus ad illa. Verum cū dicat aplus. q̄ uirtus i infirmitate pficit. ex. de sa. unc. c. unico. Et iterū. cum infirmor tūc fortior sū. i. q̄ ꝓ corporali icolumitate sacrificiū laudis offerimus. nisi ut nobis conseruata uel reddita sanitate gratiarū actiões in ecclesia referamus. ¶ Sequitur tibiq; reddūt uota sua ⁊c. uota sua dicūtur que uolūtarie ꝓmittuntur. q2 uolenter ⁊ libenter deo uouere ⁊ uotum reddere debemus. ex. de uoto magne. uerum cū nr̄a donemus ⁊ aliena reddamus. qm̄ uota si sua sūt reddunt. ⁊ nō potius donant. uel si reddūt ⁊ nō potius aliena. ¶ Sane uotū ⁊ hominis ⁊ dei ē. sed dei ꝑpter auctoritatē grē. hominis ꝑpter libertatem arbitrij. propter quod dicit apostolus ¶ Non autem ego sed gratia dei mecum.

¶ De tertia parte canonis Rica.

COmmunicātes tertia pars ciricius papa addidit hec uerba cōmunicātes ⁊ me. ve. Sane pontifex ut lex iubebat thuribulū uiuis carbonibus plenū intra sancta sanctorū secū portabat sicut in prohemio huius partis dictū est. Et christus carnis sue thuribulum omni uirtute plenū tulit ad astra. sic ⁊ sacerdos nr̄ christi uicem tenens uacuus a peccatis ⁊ plenus uirtutū odoribus ad sacrificiū altaris accedere debet. ¶ Cōicantes et memoriā uenerātes. cōmunicare idē est qd̄ pticipare. q2 sanctorū ⁊ angelorū pascua cōicare debemus. Quatuor autē modis in ecclesia cōicat' ꝓut dicetur in. vj. ꝑticula super uerbo. qui pridie. Memoriā uenerari idem est q̄ memoriā honorabiliter colere. q̄ beata maria uirgo per aduentum. s. genitrix facta est filij dei. ihesu christi domini nr̄i. qui deus ⁊ homo est. ¶ Illud autem notandū ē q̄ secreta nō tota simul ab uno. sz particulatī a pluribus ex eo ꝑpendere fuisse cōposita. q2 ter in ea scōrū cōmemoratio repetit'. licz hoc ipsū prouenerit ad laudē ⁊ gloriā trinitatis. In secūda quippe cōmemoratione supplentur q̄ de ꝓmitiuis sāctis deesse uidebātur. in prima uerum in ea cōmemoratione q̄ fit ante ꝯsecrationē corporis christi postulat' sanctorū suffragiū. In ea uero q̄ fit post cōsecrationē corpis xp̄i scōrū cōsortiū iploratur. q2 nimirū anteq̄ corpus christi qd̄ est uniuersalis eccl'is cōsecret'. i. anteq̄ regnū aduēiat. necessariū est nobis in uia scōrū suffragium. ut meritis eorum ⁊ precibus diuine ꝓtectiōis muniamur auxilio

Sed abi corpus christi fuerit conse
cratum. id ē ubi regnum aduenerit
assequemur in patria sanctoꝝ cōsor
tium. ut societatē ꝛ partem cū sanc
tis aplīs ꝛ martirib⁹ babeamus. In
uis quippe cōmunicamus cū sanctis
ꝑ fidem quam ipsi bic babuerūt. et
nos babemus. In patria uero ꝑtici
pabimus cū sanctis ꝑ spem quā ip
si babēt. ꝛ nos babebimus. Nos eni
fidem babem⁹ ꝛ spē ꝛ illi spem ba
bent ꝛ rem. nos ꝑcurrim⁹ stadiū illi
poss dēt brauiū. nos pugnam⁹ ī uia
illi triūpbant in patria. Cōicamus
igit̄ ꝛ memoriā ueneramur aplōꝝ
ac martiꝝ ꝛ precipue gloriose uirgi
nis dei genitricis Marie ut eorū suf
fragio de fide ꝑducamur ad spem.
de stadio ꝑueniamus ad brauiū. de
uia ad patriā transeamus. In ꝑmis
autē nomiatur nomen beate marie.
q2 ipsa eum qui oblaturus est ꝛ qui
uera bostia est genuit. ꝛ in celis ob
tinet principatū. Nominātur ꝛ. xij.
apostoli ꝛ. xij. martires qui oēs bu
ius sacrificij testes fuerunt. ꝛ passio
nem christi uerbis ꝛ effusionis san
guinis testimonio ꝓbauerūt. In bac
autē cōmemoratione sanctorū illō
obseruat ecclesia ꝙ antiq̄tas agere
cōsueuit ut in orōnibus suis recolat
patrū memoriā. quatenus eorū me
ritis suffragātibus facilius obtineat
qḋ implorat. sic ꝛ moyses ꝓ peccan
te populo intercedens patrū memo
riam iposuit dicēs. Recordare abra
bam ysaac ꝛ iacob seruoꝝ ꝛc. Exo.
xxxij. sic ꝛ azarias orasse legit̄ in for
nace. ne q̄sumus auferas misericordi
am tuā a nobis dn̄e deus nr̄. prop
ter abrabam dilectū tuum. ꝛ ysaac
seruum tuū. ꝛ israbel sanctū tuū. Et
qm̄ extra unitatē eccl̄ie nō est locus
offerendi sacrificiū unitatis. iō sanc
torū memorie cōicamus ī sacrificio
q̄tenus in cōmunione scōrū sacrifi
ciū offeramus. Nā sicut unus panis

ex multis granis. ꝛ unum corpus ex
multis mēbris. sic ex multis fidelib⁹
una constat ecclesia. Scriptū est eni
alienigena nō uescetur ex eis qm̄ san
cta sunt. ꝛ ideo solum illū ad esum
eius agni recipimus qui nostre con
iunctus est domui. uidelicet omnē
domesticū fidei. a principe usq3 ad
plebeiū. a populo usq3 ad publica
num. Scripserunt autem quidam ꝙ
q2 sacerdos legalis scripta babebat
in logion nomina duodecim tribu
um seu patrū. Exo. xxx. Ideo in bu
ius rei memoriam presbiter nomiat
memoriam beate uirginis ꝛ aposto
lorum ꝛ quorūdam martirum. Sed
cū ecclesia inter sanctos magnifice
memoriam confessorum ueneretur.
quare in canone nō fit de illis cōme
moratio. Respōderi potest. ꝙ canō
prius fuit editus q̄3 memoriam san
ctorum cōfessorum ecclesia celebra
ret. Nam omnes fere sancti qui ī ca
none cōmemorantur precessere Sil
uestrum. preter Io. ꝛ pau. ꝛ marcel
linum. ꝛ pe. qui ꝓxime successerunt
Ecclesia uero post tēpus beati Sil
uestri cepit memoriā sanctorum cō
mutare uel hereſiꝫ introducere. ꝺ cõ
ſe. di. iiij. retulerũt. q꜡ forma uerboꝝ
quam xp̃us expreſſit p omnia dꝫ illi
bata ſeruari q̃uis ſm philoſophum
noĩa ⁊ ṽba trãſpoſita ideꝫ ſignificãt
eẍ de ꝟptis. cãmqꝫ. neqꝫ utile p inu
tile uiciet ⁊ nõ uerbũ ex ṽbo. ſꝫ ſen
ſuꝫ ex ſenſu transferendũ ẽ. eẍ de uer
bo. ſig. preterea. Quid ſi inter plati
onẽ forme panis ⁊ uini iterponatur
ſpaciũ. ⁊ quidẽ nihilomin⁹ ſit trans
ſubſtantiatio. de hoc tñ dubiũ nõ ẽ
ſm illos q̇ duas aſſerunt eſſe formaſ
ut iã diceř. ꝺ hoc nõ. de cõſe. di. iiij.
ſi nõ ſanctificatur. ⸿ Sꝫ cũ ad plati
onẽ iſtoꝝ uerboꝝ hoc ẽ corp⁹ meuꝫ

panis mutetur in carnẽ. de cõſe. di.
ij. panis ẽ. ⁊ ad prolationẽ illoꝝ hic
eſt ſãguis meus uinũ mutetur in ſãg
uinẽ. uidetur q꜡ panis ſine uino uel
uinũ ſine pane ualeat ꝯſecrari ut pre
miſſũ ẽ. ⁊ ita ſi poſt prolatõnẽ iſtoꝝ
⁊ ante ꝓlationẽ illorũ impedimẽtuꝫ
accidat ſacerdoti quo minus ꝓcede
re ualeat. uidetur q꜡ panis mutatus
ſit i carnẽ uino in ſãguiẽꝫ nõ mutato
Nũquid ergo hoc caſuali⁹ ſacerdos
totũ repetet a principio. ⁊ ſic ſuper
panẽ iterabitur ꝯſecratõ. an uero ab
eodẽ loco tñ incipiet i quo ſacerdoſ
ille dimiſit ⁊ ſic diuidetur miſteriuꝫ
unitatis. eẍ de elec. qđ ſicut. Super
hoc itaqꝫ legitur i cõcilio tholetano
vij. q. i. nihil. cenſuimus cõuenire ut
cũ a ſacerdotibus miſſarũ tpe ſacra
miſteria cõſecrant. ſi egritudis acci
dat cuiuſlibet interuent⁹ quo ceptũ
neq̃at cõſecratiois explere miſteriuꝫ
ſit liberũ ep̃o uel preſbr̃o alteri cõſe
cratõꝫ exeq̇ cepti officij ut precedẽti
b⁹ ſupple q̇ deferũt libent. alij ꝓ cõ
plemẽto ſuccedãt. de hoc etiã diceř
in. vii. pticula ſup ṽbo noui ⁊ eterni
ad fi. Uex cũ inter theologos de tpe
ꝯſecratiois ſit diuerſa ſnĩa quibuſdaꝫ
dicentibus q꜡ cũ totũ ẽ dictũ totũ ẽ
factũ. aliis aſſerentibus q꜡ panis ãte
mutatur in corpus et poſtea uinum
mutatur i ſãguinẽ ut dictuꝫ eſt. ideo
pleriqꝫ tutius incedentes affirmãt q꜡
alius ſacerdos repetere dꝫ cõſecratõ
nẽ atqꝫ pſiceř qm̃ nõ dicitur iteratũ
qđ neſcitur eſſe factũ. eẍ ꝺ ſacra. nõ
ite. c. i. tñ ne ulla fiat iteratio uł diui
ſio ſacri ne aliquis ſcrupulus erroriſ
uel dubitatõis remaneat. cõſulti⁹ in
dicatur ut ille talis oblata ſtudioſiſ
ſime ꝓ ifirmis recõdatur ⁊ ſup alias
ſpẽb⁹ ⁊ pais ⁊ uini tot⁹ canõ rpetat
⁊ p̃miſſa hoſtia ꝯſec̃ta in fine miſſe a
miſtro uel alio ſumař. ⸿ Sꝫ ſi miniſ
inueniri nõ poſſit uł aliquo caſu iter
cedẽte ꝺſuerit. q̃riř utrũ nece ſſitate

cogente uel casu intercedente sola pa
nis materia possit i eucharistiá ꝯsec
ri. sicut ⁊ sub sola panis specie dꝫ eu
charistia reseruari. Sūt sane q̇ dicūt
ꝙ cū uerbū ⁊ elementum cōficiāt sa
cramētū nec forma uerborū. nec ma
teria rerū quas xp̄s expressit mutari
sine dimidiari pōt. qꝛ sicut uinū sine
pane sic panis, sine uino mīme ꝯsec
tur. unde sine aqua ꝓ uino mittat' i
calicē siue ordeū ꝓ frumēto formet'
in panē sicut neutrū per se sic neutꝝ
cū alio transsubstātiat' in carnē aut
mutat' in sāguinē. nā si panis sine ui
no uł uinum sine pane mutari possꝫ
in carnē aut sāguinem. In his itaqꝫ
regionibus in quibus alterutrū inue
niri nō pōt licite possꝫ alterū sine al
tero cōsecrari. min' eni ignorātia q̄ꝫ
necessitas uel negligentia q̄ꝫ difficul
tas excusat. Alij uero dicūt ꝙ cum
xp̄us prius cōuerterit panē in carnē
⁊ postea mutauerit uinū in sāguineꝫ
sicut euāgelice lectōnis textus ōndit
⁊ sine uino panē ⁊ sine pane uinū cō
secrari contingit. grauiter tn̄ offēdit
qui negligenter uel ignoranter alter
utrā speciē pretermittit. grauius qui
scienter aut sponte maxime si formā
intendit mutare uel heresiꝫ introdu
cere. Quid ergo faciendū ē sacerdo
ti si uinū post consecrationē cōperat
ꝑtermissū. Rn̄deo si hoc studiose cā
introducendi heresim factū ē non ē
sacramentum corporis. Si uero per
obliuionē uel negligentiā nihilomi'
facta ē cōsecrato corporis ut ꝑmissū
ē. de cōse. di. iij. retulerūt. Tūc enim
ut dicūt aliq̇ uinuꝫ apponere dꝫ ⁊ su
per illud solū uerba ad cōsecranduꝫ
sāguinē repetere. s. ab illo loco simili
mō. ⁊c̄. usqꝫ in finē. obmissis tn̄ cruci
bus duab' q̄ fiūt sigillati sup paneꝫ
Alij dicunt ꝙ uino apposito i calice
panē ꝯsecratū dꝫ imitter' sic ꝙ absqꝫ
aliq̄ repetitione sumere sacrificiuꝫ si
cut fit de die parasceue. sꝫ uidet' ꝙ n̄

dꝫ uinū apponi ne scādalū generetur
Sꝫ qd̄ ꝑmi dicūt uerius ē. nā utilius
scādalū nasci ꝑmittit' q̄ꝫ ūitas reliq̄
tur. ex. de reg. iu. q̇ scādalizauerit. Si
eni hec ueritas ꝑtermittat'. s. ꝙ uinū
nō apponat'. nō pōt uere dici hoc sa
c̄mentū cōmixtio corpis ⁊ sāguinis
nec corp' xp̄i sine sāguine sumi dꝫ. ū
ꝯse. di. ij. cōpimus. uel hostia seruet'
⁊ sup alijs spēbus canon repetat' ut
ꝑmissū ē. Uerūtn̄ si sacerdos aq̄ gu
stata ieiuniū soluerit illa die n̄ iteret
sacrum. si aūt ante ūba trāssubstātia
tiōis. s. hic ē calix ⁊c̄. aduerterit uinū
fore ꝑtermissū uł etiā utrūqꝫ. s. uinuꝫ
⁊ aquā tūc illa apponat i calice ⁊ i cō
sectōne ꝓcedat reincipiēs ab illo lo
co. hāc igit' oblatōnē ⁊c̄ Si ūo uinū
sine aq̄ apponat' nō iō min' ē sacrum
ut dicet' in sequēti ꝑticula sup ūbo
noui ⁊ eterni testamēti. Quid si ali
q̄d de sāguine stillauerit ū hoc dice
tur etiā sup uerbo q̇ ꝓ multis. Uerꝫ
cū interdū uni pontifici multi sacer
dotes cōcelebrēt ꝓut dicet' i vi. pte
sub q̇nta feria cene dn̄i. ubi agit' de
oleo infirmoꝝ. si forte nō simul oēs
cōsecratoria uerba ꝓnūciēt. Querit'
an ille solus conficiat q̇ ꝑmus illa ꝓ
nunciat. ⁊ an ceteri iterāt sacrum. si
eni hoc cōcedat' poterit cōtinger' ꝙ
ille nō cōficit q̇ principalit' celebrat
⁊ ille conficit qui secūdario celebra
bit. ⁊ sic pia celebrātis itentō ūfrau
dat'. Sane dici pōt qꝛ siue ꝑus siue
posterius ꝓferāt sacerdotes referri
dꝫ coꝝ intentio ad instās ꝓlationis
epi cui pricipalit' ꝯcelebrāt ⁊ tunc
oēs simł ꝯsecrāt ⁊ ꝯcelebrāt ꝯficiūt
q̄ꝫ q̄ꝫ nōnulli cōsentiāt ꝙ q̇ prim' ꝓ
nunciat ille cōsecrat ne alioꝝ defrau
dat' intentio qꝛ factū est qd̄ intende
rāt. cōsueuerūt aūt ꝑsbr̄i cardinales
romanoꝝ circumstare pōtificē ⁊ cuꝫ
eo pariter celebrar' ⁊ cōsumato sacri
ficio ū manu eius cōmunionē accipe
re. significantes apostolos qui cum

dn̄o pariter diſcūbētes ſacraꝫ de ma
nu eius eucharıſtiā acceperūt ⁊ in eo
ꝙ cōcelebrāt oñdūt ap̄ſo͛a tūc a do
mino ritū hui⁹ ſacrificij didiciſſe. Sa
ne dictis uerbis illis hoc ē corp⁹ me
um. ſacerdos eleuat corp⁹ xp̄i. p̄mo
ut cūcti aſtātes illđ uideāt ⁊ petant
ꝙ ꝓficit ad ſalutē. iux̄ illud ego ſi ex
altatus fuero a terra ⁊c̄. Scđo ad no
tandū ꝙ nō ē aliud dignū ſacrificiū
ꝑmo ē ſup oēs hoſtias. Tercio exalta
tio euchariſtie ī manu ſacerdotis ſig
nat xp̄m uerū panem ꝑ ꝓphetas in
ſcripturis exaltatū. q. ñ. ſ. ei⁹ īcarna
tionē ꝓphetizabāt. unde Iſaias. Ec
ce ūgo ɔcipiet. ⁊ hūc cibū fore ceter
excellentiorē. ſimilit̄ ⁊ đ potu. Quar
to ſignificat reſurrectōnē. Quito ho
ſtia eleuat̄ ut ꝓplus nō ꝑueniens ɔſe
crationē ſ; ex hoc cognoſcens illā fa
ctam eſſe ⁊ xp̄m ſup altare ueniſſe re
uerēter ad terraꝫ ꝓſternat̄. iux̄ illud
ad philipē. In noīe ihesu oē genu fle
ctatur ⁊c̄. ⁊ illud corde ⁊ ore adorent
iux̄ illud apl̄i ad ro. Corde creditur
ad iuſticiā. ore aūt confeſſio fit ad ſa
lutē. Alia rō ponet̄ ꝓpe finē. xj. ꝑti
cule canonis. Licet igit̄ fides ſuffici
at ad ſalutē. iux̄ illđ Aug. de ɔſe. di.
ij. ut quid̄. crede ⁊ māducaſti. nō tn̄
ſupflua ē eleuatio. tuꝫ ꝓpt̄ cās p̄miſ
ſas. tū q: ibi tēp⁹ ⁊ locus egēdi opuſ
ſe offerūt. fides ſine opibus ſm̄ Iac.
mortua ē. propt̄ eaſdē quoq; cās ca
licis eleuatio licꝫ ſāguis uideri ñ poſ
ſit ſupflua nō ē. Utꝝ aūt calix coop
tus debeat eleuari dicet̄ in ſequenti
particula ſuper uerbo q̄ pro uobis
⁊ tam corpus q̄ calix cū utraq; manū
eleuātur ꝓpter maiorē reuerentiā et
ſecuritatē. exinde ſtringit pollices et
indices ꝓut dicet̄ ſuper uerbo unde
⁊ memores. ¶ In eleuatōe aūt utri
uſq; ſquilla pulſatur. nā in ueteri te
ſta. leuite tempe ſacrificij tubas clā
gebant argenteas ut earuꝫ ſonitu po
pulus p̄monitus foret ad adorandū
dn̄m p̄paratus. ⁊ ꝓpter cām eandeꝫ
ſquilla pulſatur dū corpus xp̄i ad ī
firmū portatur. mula etiā capellam
dn̄i pape baiulans ſquillā fert ob re
uerētiā reliquiarū q̄s portat. ¶ Tūc
etiam cerei accendūtur. propter cāꝫ
in. ij. parte ſub ti. đ acolito aſſcriptā

¶ De ſeptis particula canonis. Rica.

SImili mo do. ⁊c̄. ſeptia pa
licꝫ ſub utraq; ſpecie ſuma
tur utrūq;. ſ. corpus ⁊ ſāg
uis. utraq; tn̄ ſpecies ɔſecrat̄ et neu
tra ſupfluit. de cōſe. di. ij. cōꝑim⁹. ue
oñdatur ꝙ xp̄us humanā naturaꝫ aſ
ſūpſit. ſ. corpus ⁊ animā ut totū r̄di
meret. panis enī r̄formatur ad carnē
⁊ uinū ad animā. quia uinū ſāguinē
operatur in quo ſedes ē anime. xxy.
q. ij. moyſes. unde legitur in leuitic.
anima carnis in ſāguine eſt. Moyſes
quoq; teſtatur ꝙ caro ꝑ corpor̄ ſāg
uis autē offertur ꝓ anima. quocirca
panis ⁊ uinum in ſacrificio offerunt̄
ꝙ ualet ad tuitionem corporis ⁊ aīe
ne ſi ſub ſpecie panis ſāguis ſumat̄
cum corpore ⁊ ſic ſub altera tm̄ ſpe
cie ſumatur ad alterius tm̄ putetur
ꝑtinere ſalutē. ⁊ q̄uia ſub ſpecie pa
nis ſanguis ſumat̄ cū corpore. ⁊ ſub
ſpecie uini ſumatur corpus cum ſāg
uine. tamen ſm̄ Inno. iij. nec ſāguis
ſub ſpecie panis nec corpus ſub ſpe
cie uini bibitur aut comedit̄. quia ſi
cut nec ſāguis comeditur nec corpuſ
bibitur ita neutrum ſub ſpecie paīs
bibitur aut ſub ſpecie uini comedit̄
et ſi cōceſſibile uideatur ꝙ corp⁹ bi
bendo ⁊ ſāguis comedēdo ſumatur
Eſt ergo ſm̄ eū modus ſumendi car
nē ⁊ ſāguinē quo neutꝝ māducatur
aut bibitur. ⁊ ideo recte ſtatuitur in
canone đ cōſe. di. ij. comperimus. ꝙ
corp⁹ xp̄i ſacerdos ſine eius ſāguine
nō ſumat. unde ī quibuſdā locis p⁹
ſūptōnē corpis ⁊ ſāguinis xp̄i aliqđ

de ipso sanguine reseruat' in calice
ꝛ supinfundit' uinū puruȝ ut alii cōi
cantes inde sumāt .nō enim esset de
cēs tm̄ sāguinē conficere. nec calix ca
pax inueniret'. ¶ Utrū aūt ꝑ contra
ctum sāguinis uinū appositū efficiat'
sacr̄m dicet' super uerbo hic ē calix.
¶ Seq̄t' postea q̄ȝ cenatū ē ꝛc̄. xiiii.
luna ꝑmi mensis ad uesperā xp̄s ſm
legem tipicū pasca cū ap̄l'is celebra
uit de quo cū dixisset desiderio desi
deraui hoc pasca māducare uobiscū
añq̄ȝ paciar cur hoc diceret stati ostē
dit ut .s. ueteri pasce finē imponens
noui pasce subitueret sacr̄um acci
piēs eni panē benedixit ac fregit de
ditq̄ȝ discipulis suis dicens. accipite
ꝛ cōmedite hoc ē corpus meū qd̄ ꝓ
uobis tradet'. simili' ꝛ calicē postq̄ȝ
cenauit dicēs bibite ex hoc oēs hic ē
sāguis noui testamēti q̄ ꝓ. v. ꝛ ꝓ me
e. in. r. p. hoc facite in meā ɔmemo
rationeȝ. Hac igit' instōe formati ce
lebram' iugiter ꝑ misteriū qd̄ semel
offerebatur in ꝑciū. nā ubi ūitas ue
nit figura cessauit. ¶ Xp̄us' eni post
cenā corpus ꝛ sanguinē suum dedit
ap̄l'is ut hoc sacr̄um uelut ultimū te
statoris mādatū artius memorie cō
mendaret'. ꝺ conse. di. ij. liquido. un
de nouissimū condens heredibus te
stamentuȝ dixit. uos estis q̄ ꝑmansi
stis mecū in temptationibus meis ꝛ
ego dispono uobis regnū sicut pat'
me' mihi disposuit ut edatis ꝛ biba
tis sup mensā meā in regno meo. ꝛ li
cet ap̄l'i eucharistiā nō ieiuni accepe
rūt nō ideo calūniandū ē q̄ȝ prāsi de
beāt hoc sacr̄m recipe sicut faciebāt
illi quos ap̄l'us arguit dicēs. Cōuei
entibus uobis i unū iā nō ē domini
cam cenā māducare. unusq̄sq̄ȝ eni ꝑ
sumit cenā suā ad māducandū ꝛ ali'
quidē esurit alius ebrius ē. Item ex
hoc uerbo postq̄ȝ cenatū ē. uidet' q̄ȝ
sacerdos cōicare dȝ priusq̄ȝ trāsit ad
calicis ɔsecrationē. ſȝ de hoc dicetur

sub ti. ꝺ cōicatiōe sacerdotis. Se
quit' accipiēs ꝛ hūc ꝑclarū calicē ꝛc̄
ponit' cōtinēs ꝓ ɔtento. nā ꝛ un' et
idē ꝛ tūc ꝛ nūc ꝛ hic ꝛ alibi sacrifica
tur ab omnibus totus ē in celo tot'
ē i altari simul ꝛ sedet ad dextrā pa
tris ꝛ manet sub specie sacr̄i. sicut ta
ctum ē in. vj. ꝑticula. sup ūbo eleua
tis oculis. Qd̄ aūt uinū in calice cō
secrauerit. pȝ ex eo qd̄ ipse subiūxit
non bibā āmodo ex hoc genimie ui
tis ꝛc̄. Et fiunt iste cōsecrationes cū
signo crucis ut dictū ē in. vj. ꝑticula
sup uerbo benedixit. qȝ uirtute cru
cis ꝛ uerboꝝ fit trāssubstanciatō na
turarū. Hec aūt sūt uerba. hic ē calix
mei sanguinis. i. cōtinens sanguineȝ
meum uel sanguis significās passiōȝ
Et nota q̄ȝ passio dicit' calix uel a ca
lida potione. uel quia mensurate su
mitur. fidelis enim deus qui nō sinit
nos affligi plusq̄ȝ portare possumus
De calice dictum ē in parte. i. sub ti.
de picturis. Hic aūt parū eleuato ca
lice sacerdos illum deponens nō de
serit euȝ ad notandū q̄ȝ quilibȝ ap̄l'o
rum sic calicē accepit q̄ȝ unicuiq̄ȝ do
minus ministrauit. ¶ Sequit' noui
ꝛ eterni testamenti ꝛc̄. subaudi cōfir
matio noui dicit. qȝ nos innouat ꝑ
fidē xp̄i. eterni dicit q̄a lex noua non
ē trāsitoria sicut antiq̄. extra ꝺ cele.
mis. cū marthe. uetus eni testamētuȝ
qd̄ hircorū ꝛ uitulorū fuit sanguine
dedicatū ꝓmittebat homini tp̄alia
ꝛ trāsitoria. Nouū ūo qd̄ xp̄i sāgui
ne fuit cōsecratū promittit eterna. ꝛ
iō testamētū. s. illud fuit uetus ꝛ trā
sitoriū. hoc autem nouū ē ꝛ eternuȝ.
De nouo habet' Luce. xxij. dispono
uobis regnū. ꝛc̄. ut. s̄. uel inde ꝓbat'
eternū. i. perpetuuȝ. unde asserit' no
uū. i. ultimū. Nouissimū enīȝ hōis te
stamentū imobile ꝑseuerat. qȝ testa
toris morte firmat'. iuxta illō ap̄l'i te
stamentū i mortuis cōfirmatū ē. alio
quin nō ualet dum uiuit q̄ testat' ē.

Porro testamentū non solū dicitur scriptura sed ⁊ promissio ut dicit̄ in prohemio .vi. partis. ⁊ sm̄ hunc modū dicitur. hic ē sanguis noui ⁊ eterni testamenti .i. confirmatio noue et eterne promissionis sicut dn̄s ipse ꝓmittit. Qui manducat corpus meū ⁊ bibit meū sanguinē habet uitam eternā unde nec primum testamētū ut inquit apostolus sine sāguine dedicatū est. Lecto enī uniuerso legis mandato moyses accipiens sāguinē hircoꝝ aut uitulorū ipsū librū ⁊ omnē populū aspsit dicēs. hic ē sāguis testamenti qd̄ mādauit ad uos deus ecce ꝙ proprie moyses uerba ꝓdicit quibus xp̄s usus est in cena. ¶ Queritur utrum aqua cū uino cōuertat̄ in sanguinē. de quo etiā iam .ſ. dicetur si enim cōuertit̄ ergo aqua ē sacmentū sanguinis ymo uidet̄ ꝙ populi Nā aque multe populi multi. et ob hoc aq̄ miscet̄ uino ut xp̄o populus adunet. nā ⁊ de latere xp̄i sanguis exiuit ⁊ aq̄. ꝓut tactū ē sub ti. de oblatione. Si uero nō cōuertitur. queritur ubi post ꝯsecratiōē existat ⁊ qūo separat̄ a uino cui fuerat in unū ꝯmixta. Si aūt post cōsecratōnē aqua pura permanserit sm̄ hoc non bibit solū sanguinē sacerdos in hoc sacro. ⁊ si post unam sumptionē iterū eodē die cōtcare nō dz. ac si priusꝙ aquā bibisset. nā idcirco sacerdos postꝙ perfudit eodē die iteꝝ nō sacrificat q2 uinū purificationis sumit. an forte dicet̄ ꝙ sicut uinū mutat̄ in sacramentū redēptionis sic ⁊ aqua trāsit in sacramentū ablutionis q̄ ō latere xp̄i pariter effluxerunt q̄s hoc audeat diffinire. Nā ⁊ illud inquirit̄ utrum xp̄us resurgēs ex mortuis sāguinē illū resūpsit quē in cruce effudit. Si enī capillus ō capite nr̄o nō peribit q̄ fuit de ueritate nature. ⁊ tñ ille in plerisq3 ecclesiis dicitur conseruari. Quid etiā de circūcisione ꝓpucii ul̄ de ꝓcisione umbilici dicet̄ an in xp̄i resurrexione redijt ad ueritatē humane nature ⁊ ad locū glorificatū. sed melius ē totū deo ꝯmittere ꝙ aliq̄d temere diffinire. credit̄ tñ prepuciū in latera basilica cōseruari. licet a q̄busdā dicat̄ ꝙ illō fuit in ibrl̄m delatū ab angelo Karolo magno q̄ trāstulit illō ⁊ posuit aquisgrani honorifice in ecclesia beate marie. sz post a Karolo caluo positū ē i ecclesia .s. saluatoris apud Karoluz. sed si hoc uerū ē mirandū ē. Cū enī caro illa ō ueritate humane nature fuerit. creditur ꝙ xp̄o resurgente ad locū suum glorificatū redijt. Aliq̄ tñ dixerūt ꝙ hoc uerū esse posset iuxta opinionē eoꝝ qui dicūt id solū esse de ueritate nature humane ⁊ resurgere quod ab adam traductū ē. Illud aūt omnino nephas ē opinari ꝙ quidā dicere ꝓsūpserunt uidelicet aquā in fleuma cōuerti. nā ⁊ de latere xp̄i non aquā sed aq̄ticū humorē .i. fleuma mentiūtur exiisse. ex̄ de cele. mis. in quadam ¶ Duo nāq3 ꝓcipue ecclesie sacramēta de xp̄i latere fluxerūt uidelicz sacmētū redemptionis in sāguine. ⁊ sacmentū regenerationis in aq̄. nō eniz baptizamur in fleumate sed in aqua iuxta illud euāgelii. nisi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊ spū scō nō introibit in regnū celoꝝ. Quibusdā tñ ñ uidetur absurdū ꝙ aqua cū uino trāseat in sāguinē. ea uidelicz rōe ꝙ aqua ꝑ admixtionē trāsit in uinū ⁊ uinū ꝑ ꝯsecrationē transit in sāguinē. ut in c. cū marthe. ⁊ nō. de cōse. di. ii. c. i. ⁊ c. nō oportet. Aqua nāq3 transit i uinū cū multo uini modicū infūdit̄ aque. alioq̄n tota uini substātia ꝓpter guttā aque mutaret̄ ut quoddā fiat ex illis confusū qd̄ nec sit aq̄ nec uinū. ⁊ tota fōtis uel fluminis aqua ꝓpter modicā uini stillam in cōfusionis speciem mutaret̄ nec panis ille posset in eucaristiā cōsecrari q̄ fact⁹

est de frumento cui forte cōmixtum
fuerit uinū granum ordei uel auene
Sic ergo si plus apponat̄ aque q̄ʒ ui
ni erit irritū sacrm̄. oportet quidem
ut tm̄ ibi uini ponatur ꝙ eq̄ cōmix
tum saporē uini retineat. ex̄ de cele.
mis. c. penul. de hoc dicet̄ in. vj. pte
sub quinta feria cene domini ad fi.
¶ Si aūt post calicis cōsecrationeʒ
aliud uinū mittatur in calicem illud
qd̓ non transit in sāguinem nec sang
uini cōmiscetur sed accidentibꝰ prio
ris uini cōmixtū corpori qd̓ sub eis
latet undiqʒ circūfūdit̄ nō madidās
circumfusū. ex̄ ꝯ cele. mis. cū marthe
Ipsa tm̄ accidentia uinū appositū ui
dentur afficere ꝙ inde conficit̄ qꝛ si
aqua pura fuerit apposita uini sapo
rem assumit. Quidaʒ aūt uoluerunt
astruere ꝙ sicut aqua pura ꝑ aquaʒ
benedicte ꝯctū efficit̄ benedicta. sic
⁊ uinū per sacri contactuʒ efficit̄ cō
secratū ⁊ transit in sāguinem quorū
assertioni minime ratio suffragatur
ex̄ de consec̄. eccle uel alta. qd̓ in du
bijs. de quo etiā dicetur sub quinta
feria cene dn̄i. Sed nūquid irrituʒ ē
qd̓ geritur si forte aq̄ ꝓtermittatur
⁊ uidetur ꝙ si ex bijs q̄ sub ti. ꝯ ob
latione tacta sūt. cautū quoqʒ ē in ca
none Cipriani de cōse. di. ii. sicut in
sanctificando ꝙ nō pōt calix dn̄i eē
aqua sola neqʒ uinū solū nisi utrūqʒ
misceat̄. Et sicut calix dn̄i nō est aq̄
sola neqʒ uinū solum. sic nec corpus
dn̄i pōt esse farina sola. nisi utrūqʒ fu
erit adunatuʒ ⁊ panis unius cōpage
solidatū. ⁊ hoc quidā cōstanter affir
mant asserentes ꝙ sicut aqua sine ui
no consecrari non pōt. sic nec uinuʒ
sine aqua transsubstantiari uidelicʒ
qꝛ de latere xp̄i simul̄ utrūqʒ manauit
Alij uero cōcedūt ꝙ si quisqʒ nō itē
dens heresim introducere oblinione
uel ignorantia ꝓtermiserit aquā non
sit irritū sacrm̄. illā tm̄ per oblinionē
pretermittens uenialiter peccat. per

negligentiā mortaliter ⁊ grauiter est
puniendus. ⁊ semꝑ pōt apponi ante
transsubstantiationē ⁊ qd̓ predicit̄
uinū solum nō posse offerri itelligūt
nisi fiat simpliciter uel ignorant̄. uel
nō pōt. i. non dʒ. nam dicit̄ grecoruʒ
ecclesia nō apponere aquam in sacro
ait eni Ciprianus de cōse. di. ij. scrip
tura. si quis de antecessoribus uel ig
noranter uel simplicit̄ nō obseruaue
rit qd̓ nos dn̄s facere exemplo ⁊ ma
gisterio docuit pōt simplicitati eius
de indulgētia dn̄i uenia concedi. no
bis ꝟo nō pōt ignosci qui nūc a dn̄o
instructi sumus ut calicē dominicuʒ
uino mixto. i. uino cū aqua in calice
mixtū ſm ꝙ dn̄s obtulit offeramus
Ex quibꝰ uerbis apte colligit̄ ꝙ ui
nū aque mixtū xp̄us in cena discipu
lis tradidit. si uero uinū pretermitta
tur ꝯ hoc dictū est i. vj. particula su
per uerbo hoc ē corpus. ¶ Porro li
cet diligenti studio uinū optimū ꝓ
sacrificio sit querendū. uiciū tm̄ uini
nō maculat mūdiciā sacri. quocirca
siue nouū uinum qd̓ mustū appellat̄
siue etiā acidum qd̓ appellat̄ acetuʒ
offeratur sacrm̄ cōficitur ⁊ diuinitꝰ
consecratur. Uitanduʒ est tm̄ ne tale
uinum mixtum uel coctuʒ uel rosatū
uel speciatum in calice ponat̄. Sunt
tm̄ qui dicunt acetuʒ non esse uinum
cū propriaʒ mutauerit naturā. uinū
est calidum illud frigiduʒ. ⁊ ideo ex
eo confici nō posse. sicut nec ex agre
sta quod cōcedi pōt in aceto ex alio
q̄ʒ ex uino facto. naʒ si ex uino factuʒ
fuerit secus cū eadeʒ proprie sit usia
i. substantia. ff. de ꝯben. emp. in uen
ditionibus. de cōse. di. ii. ego. C. de
sum. tri. inter claras. § omnes uero.
Iulius quoqʒ papa. de cōse. di. ii. cuʒ
omne. ⁊. c. ꝓcedenti. dixit ꝙ cū lacte
cōfici nō pōt. botrus aūt uue i neces
sitate ꝯprimi ⁊ inde confici pōt. sed
de ipso botro nō cōpresso nō pōt cō
municari. nō pōt etiam cōfici cū aq̄

cum qua pannus in musto intinctus lauat᷑. Illud aũt notandum est ꝙ si uinum in calice congelatum fuerit debet tamdiu exolare sacerdos donec glacies soluatur qđ si sic solui nequerit adhibeat ignẽ. Si autẽ musca uel aranea uel aliquid tale ceciderit in sanguinem proici debet uinum illud in piscinam ꝛ aliud uinũ ꝛ aqua apponi. Si uero post transsubstãtiationem ibi ceciderit uel sãguinem tetigerit sanguis sumatur ꝛ illud prius ĩ aliquo calice sepe uino perfundat᷑ ꝛ q̃to diligentius ꝛ cauti⁹ fieri põt abluatur ꝛ demum super piscinam cremetur. quia uix posset absq̧ horrore ꝛ uomitu sumi. ablutionẽ uero ipsam sacerdos post consecrationez uel minister sumat. sꝫ ꝛ si quis statiz xp̄i corpore sumpto nauseam patit᷑ uomitus similiter super piscinam cõburatur ꝛ puluis in piscinaꝫ mittat᷑. Si tamen aliqua hostie particula uideatur ibi. uel si corpus xp̄i infirmo datum reiicitur illud reuerenter suscipiatur ꝛ contritum cum uino in calice sumatur si integrum nequeat recipi ꝛ si horror sit illud sumere ꝑ reliquijs custodiatur. non est igitur dãda eucharistia egroto uomenti sꝫ eredat ꝛ mãducauit. de conse. di. ij. ut quid. Sed ꝛ si quis adeo egrotus ẽ ut masticare nõ possit tũc tm̃ sumat aqua a xp̄i corpore tactam minimaꝫ tamen particulam sumens totum sumit ut premissum ẽ. Nõ est etiã danda ebrio insano heretico epilentico ꝛ similibus. nisi infirmitate cessante xxvj. q. ult. is qui. leproso tamẽ dari potest ꝛ muto ꝛ egroto compoti sue mentis post confessionem ꝛ ablutõnem a peccatis. ¶ Qualis aũt penitentis imponẽda sit ei propter ebrietatem uel uoracitatem uel per infirmitatem eucharistiam euomit. in canone Bede habetur de conse. dis ii. si quis. per totũ. ꝛ nota ꝙ is qui cõmunicauit si comode ꝛ absq̧ uiolentia nature põt debet abstinere a sputo. alioquin post horã cõuenientem spuere põt saltẽ in loco ubi sputũ nequeat pedibus conculcari. Si q̇deꝫ spũalis oĩa iudicat ꝛ ipse a nemie iudicatur ꝛ omnia mũda sũt mundis ꝙ si sup lignũ uel lapidẽ uel terram eucharistia uel aliquid de sãguine ceciderit sanguis lingua labentis est ꝛ deinde radẽdus ꝛ extergendus ẽ ipse locus ꝛ puluis in sacrario siue cuꝫ reliquijs reponendus. Si uero super corpale ceciderit fugat᷑ sicut diligentius fieri poterit ꝛ lauet᷑ ter in calice ꝛ aq̃ lotionis p⁹ missã sumat᷑. deĩde corpale recõdendũ ẽ ꝛ loco reliquiarum seruãdũ ẽ. Si uero palla altaris intincta fuerit eodẽ mõ ipsa pticula intincta incisa ẽ pro reliquijs huãda. Si aũt super casulã uel albam deguttat similiter fiat. ¶ Si super q̃cunq̧ ꝑ pannuꝫ uestimentũ cõburẽda ẽ ps illa ꝛ cinis in loco sacro reponendus ut dicũt. Pius tñ papa statuit ꝺ cõse. di. ii. si per negligẽtiã. ut si aliq̇d de sãguine stillauerit in terra lingua lambat᷑. Si uero fuerit tabula locus corrodatur ne conculcet᷑ ꝛ rasura igne consumat᷑ ꝛ cinis inter altare condatur. Et si sup altare stillauerit sorbeat minister stillã q̃tuꝫ poterit. Si sup lintheũ altaris minister lauet lintheamina q̇ stillã tetigerũt tribus uicibus calice subterposito ꝛ aqua ablutionis sumat᷑ in calice ꝛ iux̄ altare recondat᷑. ¶ Ibidẽ etiã sequit᷑ q̃lis pnia sacerdoti cui hec cõtingerẽt sit prius q̃ celebret imponenda. ꝛ nota ꝙ si ante transsubstantiationez effusa fuerit pars mutent᷑ palle sub silẽtio ꝛ celebrãs suũ officium exequat᷑ si totũ effusũ sit tũc premissa cõfessione minister denuo ꝛ reincipiat officiũ ab illo loco hãc igit᷑ oblationez ꝛc̃. Si uero post transsubstãtiationẽ ps effusa tũc simulit᷑ officiũ exeq̃tur

Si totū ita ꝙ nihil hauserit qđ ualđ enorme ē. tūc ponat hostiā sup ꝓpi ciatoriū ⁊ minister denuo panē uinū ⁊ aquā ⁊ reincipiat. hanc igit̃ obla. ⁊c̃. confessione tñ premissa hostia uero seruata sumat̃ postmodū a ministro in fi. misse uel seruetur ꝓ īfirmis Rursus conciliū aurelianeñ. de cōse. di. ii. qui bene. statuit ꝙ qui non bene custodierit sacrificiū ⁊ mus uł aliud animal illđ comederit. xl. dies peniteat. qui aūt perdiderit illud in ecclesia uel pars eius ceciderit ⁊ inuenta non fuerit. xxx. dies peniteat. In eodez etiā. c. ita sequit̃ in burcardo li. v. unde scriptū ē profūdēs aliq̄d super altare de calice qñ offert̃ sex dies peniteat. aut si habūdātiꝰ. vij. dies peniteat. Qui aūt perfundit calicem dū misse solemnitas celebrat̃ xl. dies penitebit. Si uero missa celebrata p̄sbiter neglexerit accipe ⁊ sacrificiū similiter. xl. dies peniteat. et q̊ pollutꝰ nocturno tpe acceperit sacrificiū. vij. dies peniteat. Qui negligētiā erga sacrificiū fecerit aut a uermibus cōsumptū ad nihiliū deuenerit tres quadragesimas cū pane ⁊ aqua peniteat. si integrū inuentū fuerit et in eo uermis cōburat̃ ⁊ cinis sup altare recondat̃. Et qui neglexerit q̄ ternis diebus suā negligentiā soluat Si cuz amissione saporis sacrificium dulcoratur. xx. dies ieiunio explanet̃ Qui uero conglutinatū miserit. vij. dies peniteat. si sacrificiū fuerit sordida uetustate perditū igne cōburēdum ē ⁊ cinis iuxta altare sepeliēdus sicut legit̃ in burcardo li. v. c. omne

¶ Istud etiā notandū ē ꝙ si a naso sacerdotis celebrantis sāguis exierit uel nausea superuenerit recipiat̃ in aliquo fasciulo, ne sancta cōtaminent̃ ⁊ terso naso uel ore abluto reincipiat sub silentio ubi dimisit. si uero infirmitas superuenerit innitat̃ super crepidinē siue oram altaris. uel sedeat donec conualescat et sic incipiat ubi dimisit. sȝ si nullo modo potest cōsumare misteriū alius sacerdos paratus incipiat ubi ille dimisit. prout dictū ē in. vi. particula. sup v̄bo hoc est corpus meū. sed si incertū est ubi ille dimisit. tunc q̄ꝛ periculosū esset uerba sacramenti iterari uel p̄termittere. posita oblata illa super ꝓpiciatoriū minister denuo ut premissuȝ ē

¶ Sequit̃ misteriū fidei ⁊c̃. ideo dicitur misteriuȝ fidei. q̄ꝛ aliud uidet̃ aliud intelligitur. hoc credere iubemur discutere non audemus. fides enī non ē nisi de occultis. iux̃ illud fides non habet meritū ⁊c̃. ut. s̄. Grego. de conse. dis. ij. quid sit. ad finez dicit ꝙ ideo dicit̃ misteriū fidei. q̇a credere debemus ꝙ ibi salus nr̄a cōsistit. uel quia sine fide non fit h̄ sacr̄mentū. i. sine ea illud intelligi plene non pōt. Dicitur autem misterium q̄ꝛ secretā ⁊ reconditā habet dispensationē. i. q. i. multi. misteriū aūt grece dicit̃ secretū latiē. ⁊ ƀm Inno. iij. de cele. mis. cū marthe. nullus euāgelistarū dixit hec uerba. ⁊ hijs autē ⁊ aliis scripture uerbis quidā dixerūt in sacramēto altaris ueritatē corporis ⁊ sāguinis xp̄i nō esse. sed ymaginem tantū ⁊ speciē ⁊ figurā ꝓ eo ꝙ scriptura memorat aliquociens id qđ in altari suscipit̃ esse sacramētuȝ ⁊ misteriū ⁊ exemplū. sed hij ꝑfecto laqueū erroris incurrūt. de quo etiā tactū ē in. vj. particula sup v̄bo fregit. Nunquid enī ideo sacr̄m altaris ueritas non ē. quia figura ē absit omnino. si eniȝ hoc esset. ergo nec mors xp̄i ueritas est. quia figura ē ⁊ resurrectio xp̄i ueritas non est. q̄ꝛ figura ē. nā morteȝ ⁊ resurrectionē xp̄i figuram ⁊ ymaginem ⁊ similitudinē esse manifeste declarat apostolꝰ dicens. Christus, mortuꝰ est pro delictis nostris et resurrexit ꝓpter iusticiā nr̄aȝ Et petrus apostolus. Xp̄us passus

est pro nobis nobis relinquēs exem
plū ut sequamur uestigia eius. ergo
mors xp̄i exēplū fuit ut peccato mo
riamur. ⁊ resurrectio eius exēplū fuit
ut iusticie uiuamus. si enī ueritas nō
fuit. ergo xp̄us uere mortuus nō fu
it ⁊ uere nō resurrexit. sed ⁊ mors eiꝰ
⁊ resurrectio eius uera non fuit. sed
absit hoc. nam propheta de eo p̄dix
it. uere languores nostros ipse tulit
⁊ dolores nostros ip̄e portauit. Alta
ris ergo sacramentū ē ueritas ⁊ figu
ra. Tria quippe sunt in hoc sac̄men
to discreta. uidelicet forma uisibilis
ueritas corporis. ⁊ uirtus spiritualis
de conse. di. ii. corpus. forma panis
⁊ uini. ueritas carnis ⁊ sanguinis. uir
tus caritatis ⁊ unitatis. primū ocu
lo cernitur. Scōm animo creditur.
Tercium corde percipit᷑. Primum ē
sacramentū ⁊ nō res. Scōm ē sac̄m
⁊ res. Tercium uero est res ⁊ non sa
cramentum. sed primum ē sac̄m ge
mine rei. scōm est res gemine sacra
menti. tercium autem ē sacramentū
unius ⁊ res alterius. nam forma pa
nis utrancꝫ christi carnem significat
i. ueram ⁊ misticam. sed ueraꝫ carnē
⁊ continet ⁊ significat. misticaꝫ uero
significat sed non continet. sicut enī
unus panis ex multis granis cōficit᷑
⁊ uinum ex diuersis racemis cōfluit
sic ⁊ corpus xp̄i ex multis membris
componitur ⁊ unitas ecclesiastica ex
diuersis personis consistit. s. in prede
stinatis uocatis iustificatis ⁊ glorifi
catis. nam quos deus predestinauit
hos ⁊ uocauit ⁊ quos uocauit hos ⁊
iustificauit. unde ap̄lus. unus panis
unum corpus multi sumus. In cuiꝰ
rei tipū est facti arche domini ꝺ lig
nis sethim que sunt putabilia ⁊ albe
spine similis. patet ergo ꝙ substan
tia corporis ⁊ sanguinis xp̄i ē sac̄m
⁊ res sed alterius sac̄i ē res ⁊ alteriꝰ
rei est sac̄m. est enim res primi. q̇a
signatur ⁊ continet᷑ a primo. uideli
cet a forma uisibili. ⁊c̄. ⁊ est sacramē
tuꝫ tercii. quia significat ⁊ efficit ter
ciū. i. unitatem ecclesiasticā. Dicitur
ergo hic misterū fidei. qm̄ aliud ibi
cernitur ⁊ aliud ibi credit᷑. cernitur
enim species panis ⁊ credit᷑ ueritas
carnis ⁊ sāguinis. Qꝺ aūt hic dicit᷑
misteriū fidei. ⁊ alibi dicit᷑ spiritus
⁊ uita. spiritus enī est ministeriū s̄m
illud littera occidit spūs autē uiuifi
cat ⁊ fides est uita. s̄m illud. Iustus
meus ex fide uiuit. huic ergo dn̄s ait
uerba q̄ locutus sum uobis spiritus
⁊ uita sunt. ¶ Uerū cū consecratio
perficiat sac̄m ⁊ post consecratōnē
nō sit in altari panis aut uinū. Que
ritur quis panis ē corporis. aut qꝺ
uinum est sāguinis sac̄m. nā si dica
tur ꝙ panis qui fuit uel uinū qꝺ ex
titit profecto. nec ille corporis nec il
lud ē sanguis sac̄m. quis panis tran
siuit in corpus ⁊ uinum in sāguineꝫ
Si uero dicat᷑ ꝙ species illa q̄ remā
sit. illa q̇deꝫ nec extitit ex granis nec
confluit ex racemis. qm̄ ex his non
prouenit accidēs sed substantis. quā
ergo similitudinem assignabimus in
ter sac̄m rei ⁊ rem sacramenti. Naꝫ
si sacramenta non haberent similitu
dinem rerum. quare sunt sac̄a pro
prie sacramenta non dicerent᷑. sicut
sac̄m baptismi quod est ablutō car
nis exterior similitudinem habet sig
nificati quod ē ablutio mentis inte
rior. ¶ Sane sacramentum istud in
eo gerit similitudinē corporis ī quo
panis similitudineꝫ representat. spe
cies ergo panis sac̄m est corporis
non solum ratione rei signate uerum
etiam ratione cōtente. ¶ Queritur
autem utrum species panis ⁊ ueritas
corporis unum sint sacramentuꝫ. an
diuersa. ⁊ uidetur ꝙ diuersa cū enī
diuersa sint signa uidetur ꝙ diuersa
sint sac̄a. preterea scriptū est perfici
ant in nobis q̄sumus dn̄e tua sac̄mē
ta quod continent. que v̄ba sub ti.

de oratione nouissima exponent᷑. Sȝ
uidetur contra ꝙ sint solū unū. cum
enim eandem rem sacr̄a significēt. ui
detur ꝙ ideȝ sint sacr̄m. preterea ali
bi legit᷑ p̄sta ut hoc tui corpis ⁊ sāg
uinis sacr̄m nō sit nobis reat⁹ ad pe
nam. Super hoc dicūt quidā ꝙ for
ma panis ⁊ uini sunt unuȝ sacr̄m nō
propter unuȝ significatū. sed propt̄
unū contentū. Species aūt panis ⁊
ueritas corporis sunt unū sacr̄m nō
propter unuȝ contentū sed propter
unum significatum. Hiſ debent con
cedere ꝙ sicut diuerse res ꝑpter idē
⁊ unum significatuȝ idem sūt sacr̄m
sic eadem res propter diuersa signi
ficata diuersa sunt sacr̄a. Quib⁹ obi
citur ꝙ si species panis ⁊ ueritas cor
poris idem sunt sacramentū cuȝ spe
cies panis sacramētū sit corporis. er
go ueritas corporis idem ē sacr̄m et
ita idem ē sacr̄m sui. sed hoc nō pro
cedit. q꞉ species panis ⁊ ē quoddaȝ
sacr̄m quod ē ueritas corporis. et ē
quoddaȝ qđ non ē illa qm̄ sunt duo
sacr̄a diuersa. Aliȷ uero dicūt ꝙ siue
diuersa sint significata siue diuersa
significantia semper diuersa sūt sac̄
menta quos oportet cōcedere ꝙ in
altari sunt ad minus q̄tuor sacr̄a. ui
delicȝ species pan̄s. ⁊ species uini. ue
ritas carnis ⁊ ueritas sanguinis. pre
terea cuȝ panis ⁊ uini diuersa sint ac
cidentia. ut sapor ⁊ odor pondus et
color. q̄titas ⁊ figura. uidetur ꝙ sin
gula per se sint uaria sacr̄a. qua eniȝ
rōne potius unū q̄ꝫ aliud dicenduȝ ē
sacr̄m. sed cui⁹ rei sacr̄m ē sapor aut
odor. Ad hoc pōt non incongrue re
sponderi ꝙ omnia simul accepta sūt
unū eucharistie sacr̄m eo ꝙ nulluȝ ꝑ
se solū significet sed omnia simul pa
nis speciē representant q̄ corpus xp̄i
continet ⁊ significat. Signorū auteȝ
alia sūt naturalia. alia positiua. Na
turalia sunt que scd̄m naturā signifi
cant. quorū quedam sunt que ꝑ āte

cedens signant consequens ut rubo
re uespertino significat᷑ serenitas ma
tutina. ¶ Alia sunt q̄ per consequens
significant antecedens. ut fumo uel
cinere significatur ignis fuisse. Posi
tiua sunt illa q̄ s̄m impositioneȝ sig
nificant. quorū alia sunt signa rei sa
cre. ut serpens eneus erectus in here
mo. Alia sunt signa rei non sacre. ut
archus triumphalis erectus in biuio
porro signoꝝ rei sacre. alia sūt sacra
ut baptismus. alia non sacra. ut ag
nus pascalis. Sacra sunt signa noui
testamenti. non sacra ueteris. q̄uis
eni utraqꝫ sunt signa rei sacre. i. rem
sacrā significantia. non tn̄ utraqꝫ sūt
sacra. i. iustificantia. Licet nonnulli
dixerint sacr̄a legalia iustificasse. hec
enim est dr̄a inter legalia ⁊ euangeli
ca sacr̄a. q꞉ illa significabant tm̄. hec
autem iustificant ⁊ significant. Uerū
qn̄qꝫ large. qn̄qꝫ stricte sacr̄m accipi
tur. Large s̄m ꝙ omne signū rei sa
cre siue sit sacrum siue non sacruȝ di
citur sacr̄m. Unđ signa legalia sacra
menta dicunt᷑. Stricte s̄m qđ sacruȝ
solummodo signū dicit᷑ sacr̄m. đ cō
se. di. ii. sacrificiū. ⁊. c. signū. ⁊. c. spēs
i. q. i. multi. Sacr̄m aūt dicit᷑ actiue
⁊ passiue. quasi sacrū signans uel sa
crum signatū. nā nomine sacr̄i quan
doqꝫ signum rei. qn̄qꝫ res signi uarie
nuncupat᷑ scd̄m ꝙ sacr̄m accipitur
pro signo rei. Sacr̄m dicit᷑ a sacro ⁊
signo. quasi sacrum signum. sed s̄m
qđ sacramētum accipitur ꝓ re signi
sacramentū dicit᷑ a sacro ⁊ secreto q̄
si sacrum secretum. Species ergo pa
nis dicit᷑ sacr̄m actiue. i. sacrū signās
unitas aūt ecclesie dicit᷑ sacramentū
passiue. i. sacrum signatū. Corpus ue
ro dominicū utroqꝫ mō dicit᷑ esse sa
cramentum. i. ⁊ sacrū signans ⁊ sacꝝ
signatum. Sacramentū uero cōsistit
in tribus. s. in rebus. in factis. in uer
bis s̄m proprietatē. similitudineȝ. ⁊
interpretationem. Leo nanqꝫ scd̄m

proprietatē signat dyabolū.vnđ ad
uersarius nr̄ dyabolus ē tāq̄ leo ru
giēs circuit querēs quē deuoret. Se
minare ꝑm similitudinē significat ꝑ
dicare.vnđ. Exijt q̇ semiat seminare
semen suū. ⁊ aliud cecidit i terrā bo
nam ⁊ aliud super petrā ⁊ aliud intˀ
spinas .Emanuel ꝑm interpretatōnē
significat xp̄m. vn̄. ⁊ uocabiť nomē
eius emanuel qđ īterpretať nobiscū
deus.res ut aqua baptismi.factū ut
signaculū crucis.uerbū ut inuocatio
trinitatis.singula reperiūť in hoc ex
cellentissimo sacr̄o. res.i.corpus et
sāguis.factū.i.esca ⁊ potus.uerbum
hoc est corpus meū hic est sanguis
meus. ❡ Sequiť qui ꝓ uobis ⁊ pro
multis effūdeť i remi::onē peccato
rū ⁊c̄.pro solis predestinatis effusus
ē q̄tū ad efficatiā.sed pro cūctis ho
minibus q̄tū ad sufficiētiā. Effusio
q̄ppe sāguinis iusti ꝓ iniustis tā fuit
diues ad preciū.ut si uniuersitas cre
deret in redemptorē .nullū omnino
uinculū dyaboli retineret.vbū enim
effusionis habundantiā notat.xvj.
q.i.reuertimini. ❡ peccatū sūt duo
bus modis ꝛmittiť uidelicȝ quo ad
meritū culpe ⁊ hoc per sanguinis fi
dē q̄ iustificamur a culpa .⁊ quo ad
debitū pene .⁊ hoc per sāguinis pre
ciū quo redēpti sumus a pena. oīs
eni q̄si oues errauimus unusquisq; i
uiā suā declinauit ⁊ dn̄s posuit i eo
iniquitates oim nostrū.unde uulne
ratus ē propter iniquitates nostras
attritus est propter scelera nr̄a disci
plina pacis nr̄e super eū ⁊ liuore eiꝰ
sanati sumus.uere lāguores nostros
ipse tulit.qꝛ ergo iustus iiuste puni
tus ē.iniusti iuste sūt liberati. assūp
sit eni in se penam pro omnibus ut
daret semper graciam uniuersis.hic
sūt sacerdos eleuat calicē ut illū po
pulo ostendat. nec ē supflua hec ele
uatio ut dictū ē in fi.pticule p̄ceden
tis. Et ē notādū ꝙ q̄dā ecclie duas

hn̄t pallas corꝑales et ibi eleuať ca
lix coopertus cū altera earū In quo
on̄diť hoc sacr̄m occultissimū fore ⁊
difficillimū ad intelligēdū qđq; tpe
institutionis huius sacr̄i sāguis xp̄i i
uisibilis erat.qꝛ inter uenas eius ex
stebat . Alie uero ecclesie unā tantū
hn̄t pallā ⁊ ibi eleuať discoopertus
absq; uelamie . Primo ad signanduȝ
ꝙ post institutionē huius sacr̄i sang
uis xp̄i factus fuit uisibilis ꝑ ipsius
effusionē in cruce.vn̄ hic diciť .hic ē
sāguis meus ⁊c̄. In eo eni ꝙ calix n̄
ē coopertus cuȝ palla suꝑ q̄ ē hostia
ꝯsecrata ꝯsignať ꝙ sāguis xp̄i a cor
pore effusus ⁊ separatus ē. Scđo qꝛ
hostia ē super pallā corporalem nec
bono mō posset alibi poni . Tercio
qꝛ ꝓpter uenti flatū periculosuȝ est
coopertū cū palla leuare . Et nō ꝙ
sacerdos actus xp̄i repn̄tās dū dicit
accipiens calicē parū eleuat calicem
deinde.d.benedixit ut sine periculo
calicē benedicat.illū in altari depoit
subsequenter etiā.d.accipite.paruȝ
tenet eleuatū usq; dū i altū eleuet ut
illū populo on̄det . ❡ Sequiť hoc
quociēscūq; feceritis ⁊c̄. hec clausula
qꝛ ꝯsecrationē tā corporis q̄ȝ sāguis
respicit post depositū calicē dȝ dici
Sane in ꝑceptiōe corpis xp̄i ⁊ sāgui
nis magna ē nobis adhibēda discre
tio.cauendū ē eni ne si nimiū differa
tur mortis periculū incurratur dn̄o
ꝓtestante. nisi māducaueritis carnē
filii hois ⁊ bi.eius san.nō habebitis
uitā i uobis . Si uero q̇s indigne su
scapit ꝑm apl̄m iudiciū.s.dānatōnis
sibi manducat ⁊ bibit.de cōse.di.ii.
q̄ scelerate.⁊.c.se.ideoq; ꝑm eundeȝ
apl̄m .ꝓbet seipsū homo ⁊ sic đ pa
ne illo edat ⁊ de calice bibat ⁊c̄. Di
cit ergo quisq; cōicandū esse quoti
die . aliꝰ uero dicit ecōtra. faciat igi
tur unusq̄sq; ꝙ pie crediderit facien
dū.nō eniȝ litigauerūt ad inuicē.nec
alter alteri se preposuit . zacheus.s.

ꝛ ille Cēturio cū alter eorū gaudens
xp̄m ī domo sua suscepit. ꝛ alter dix
erit. Dn̄e nō sū3 dignus ut itres sub
tectū meū. ꝛ h̄ ē qd̄ Aug. ait. xii. di.
illa. de cōse. di. ii. quotidie. Alii quo
tidie cōicant corpori ꝛ sāguini dn̄i.
alii certis diebus accipiūt ꝙ libera3
b3 obſuationē. de hoc sub ti. ꝺ oscu
lo pacis dicet᷑. ¶ Et nō ꝙ licet xp̄s
semel credentes sua morte redemerit
eccl'is tn̄ hoc sacro quotidie necessa
rio repetit ob tres precipue cās. pri
mo q: in uinea laborantes eo quoti
die reficiūt᷑. Scd̄o ut neophiti ꝑ illō
incorporēt᷑ xp̄o. Tercio ut memoriā
passiois xp̄i quotidie mētib⁹ fideliū
ad imitādū infigat᷑. quotidie enim
egem⁹. iō ꝗ panis quotidian⁹ uocat᷑
¶ Quotidianū ergo sacrificiū ut ꝓbat
pascasius papa. ꝺ ꝯse. di. ii. iterat᷑. ē
cōmemoratō nō iteratio passioīs. Et
iō sequit᷑ ī mei memoriā facietis. i. ī
hoc sacro uobis quotidie mortis et
passionis xp̄i memoria renouabit᷑. ꝺ
cōse. di. ii. corpus. ꝛ. c. iterat᷑. unꝺ. i.
ad corin. x. quociēscūꝗ mādūcaueri
tis panē hūc ꝛ ca. bi. mor. do. an. do.
ueiat. ꝑpter qd̄ ipe dicebat apl'is. h̄
facite ī meā ꝯmemoratō3. hāc ultī3
nobis memoriā dn̄s dereliquit. ꝑut
dictū ē sup ū̄bo postꝗ̄ cenatū ē. Et
nō ꝙ habem⁹ triplex memoriale do
mice passiois. primū ꝗ̄tū ad uisū in
ymaginib⁹ ꝛ picturis ꝛ ꝑpterea cru
cifixi ymago ꝺpingit᷑ ī libro ꝛ ī eccle
siis. Scd̄m ꝗ̄tū ad auditū. s. passiois
predicata. Terciū ꝗ̄tū ad gustū. s. sa
c̄mētū altaris ī quo xp̄i passio patē
ter exprimit᷑. ꝛ ꝑpter h̄ ꝑmisit ꝛ me
moria3 uenerantes. ¶ Et sequit᷑ vn̄
ꝛ memores. q̇ aūt calicē discooptu3
eleuāt illū ī hoc loco cū palla corpo
rali cooperiūt. innuentes ꝙ sepulto
dn̄o abuoluto lapide clausū ē hosti
um monumenti ut dicit᷑ Marcus ꝛc̄

¶ De octaua parte canonis Rica.

Unde ꝛ meōres ꝛc̄. ¶ Octaua
pars. q: dn̄s ipse ꝑceperat
in ca. Sil'i mō ꝛc̄. ut hoc in
sui memoriā faceremus. ¶ Idcirco in
hac ꝑte tria sibi ꝯmemorāda ꝑpoit
eccl'ia. s. tā beatā passionem necnō ꝛ
ab inferis resurrectō3. sed ꝛ in celos
gloriosā ascensionē quoꝝ ꝑncipiū. i.
passio excitat caritatē ¶ scd̄m. i. resur
rectio corroborat fidē. terciū. i. ascē
sio letificat spem ¶ Quid enī ī nobis
magis caritatē accendit ꝗ̄ ꝙ ꝑprio
filio suo nō pepcit de⁹. Quid magis
in nobis fidē cōfirmat ꝗ̄ ꝙ xp̄s r̄sur
rexit a mortuis ¶ Sicut enī ī adā oēs
moriūt᷑. ita ꝛ ī xp̄o oēs uiuificabūt᷑
¶ Quid magis ī nobis āplificat spem
ꝗ̄ ꝙ xp̄s ascēdēs ī altum capti. dux.
cap. ꝺ do. ho. ut ubi ipse ē illic sit et
mister ei⁹ ¶ Sacerdos igit᷑ hoc repre
sentās dicendo tā beate passiois ma
nus ī modū crucis extēdit ut habitu
corpis manuū xp̄i extensionē ī cruce
repn̄tet. qd̄ tn̄ alij faciūt qn̄ dicunt
hāc igit᷑ oblationē repn̄tantes cruci
fixionē stati secuturā. ꝛ q: xp̄s ꝑlix⁹
orās factus ē ī agonia. iō agoniā illā
habitu oculorū ꝛ faciei quodāmō re
ꝑn̄tat. dicēs aūt necnō ab inferis re
surrectionis illas ad se ut prius redu
cēs eas parū erigit. vn̄ ī cātico aba
cuc. altitudo manus suas leuauit. et
hoc ī signū. q: xp̄s inuict⁹ leo surrex
it a mortuis. Itē dicēs. s3 ī celos glo
riose ascēsiois eas erigit eq̄liter usꝗ
ad humeros ī signu3 ꝙ xp̄s eleuatis
maīb⁹ ferebat᷑ ī celū ꝛ sedet ad dex
terā dei pr̄is. ¶ Qd̄ igit᷑ dicit᷑ unꝺ
ꝛ memores. ꝛc̄. sic ē intelligendū q̄si
diceret. nos eē sacerdotes ꝑfitemur
ꝛ plebē tuam memorē esse testamur
xp̄i filiū tui ꝛc̄. Sacerdotes q̇dem me
mores ꝛ instructi esse debent. q: ipsi
si missā celebrant ꝛ sacrificiū xp̄i exē
plo offerūt. plebs etiā sācta memor
esse debet q: xp̄s nō solū ꝑ sacerdo
tibus uerū etiā pro plebe passus est

q̃ sc̃a dicit̃ q̃ fide ꝛ baptismo᷒ xp̃i
pcepto sc̃ificata ē. Itē ex nūc strigūt̃
digiti.s. pollices ꝛ indices nec disiū
gunt̃ nisi qñ oportet hostiā tāgi uel
signa fieri. qđ fit primo ob reuerētiā
sacri ne uidelicet aliquid tangāt p᷒
tactū corpis xp̃i. Scđo uidelicꝫ i sig
nū ꝙ in sacro sensus accedit primo
i. filius pr̃i obedit. ꝛ iō subicit̃. vñ ꝛ
memores tam beate passionis resur
rectōnis ꝛ ascensiōis ꝛc̃. Tercio digi
ti q̃ corpus xp̃i tetigerūt iūgunt̃ ad
oñdendū ꝙ fideles illđ fide ꝛ deuo
tione tangētes debēt esse caritate cō
iuncti ꝛ sicut digiti i tāgēdo ꝛ signā
do ab inuicē ad orā diuidūt̃ sic ꝛ fi
deliū opatōnes i hac uita cū expedit
sepant̃ qñ qñq; p cōtemplatōnē ad
spūalis eleuāt ꝛ qñꝫ p mūdanis neces
sitatibus tpalis admistrāt. Quarto
digitorū coniūctio indicat ꝙ corp᷒
et sāguis dñi nr̃i sacro ꝛ mens ꝛ cor
pus sacerdotis isepabilit̃ eē debent
affixa. Quito stringūt̃ ne puluis seu
pticula hostie illis forte adherēs ca
dat. Quis v̇o ecclis̃ dixit se memo
rē dñice passiois. iō stati acerbiorem
speciē ipsi᷒ passiois ↄmemorat reco
lens in quinq; crucibus quinq; plagas
Sicut eni subsequēs expositio decla
rabit ab hinc usq; dū copale desup
calicē remouet̃ dñice passiōis ordo
memorat̃. nā ubi dicit sacerdos ho
stiā purā. hostiā sc̃ā. hostiā imacu
latā. panē sanctū uite eterne ꝛ calicē
salutis perpetue quinariū crucis sig
naculū imprimit sup oblatā ꝛ calicē
signans quinq; xp̃i plagas uidelicet
duas manuū totidēq; pedū ꝛ unā la
teris. ul̃ quinq; cruces signāt ꝙ xp̃s
quinq; secula redemit. tres aūt cruces
cōiter facit sacerdos sup oblatā ꝛ ca
licē. qñ in tribus uerbis utrūq; pa
riter intelligit̃. nūq; eni in crucis sig
naculo panis sepatur a calice nisi cū
sepatim nominatur in canone. ꝛ qñ
hostia collocatur a sinistro latere ca
licis recta᷒ pars crucis solūmō super
panē trāsuersa uero ad calicē dꝫ ptē
di. qñ erecta pars crucis corp᷒ xp̃i
sustinuit. trāsuersa v̇o brachia descē
dit. due v̇o cruces sepatiꝫ facte aīmā
xp̃i sepatā a corpore signāt. sꝫ cū iaꝫ
plene ꝛ perfecte fit cōsecratō celebra
ta. naꝫ materia panis ꝛ uini iā trāsit
in substantiaꝫ carnis ꝛ sāguinis. nec
ulterius pōt deteriorari uel meliora
ri ꝛ sacerdos utit̃ ulterius suis ñ xp̃i
ꝟmoibus. đ ↄse. di. ii. panis ē. Queri
tur q̃re sup eucharistiaꝫ adhuc bene
dictōis signū iprimit̃ aut aliqđ cō
secratiois v̇bū pfertur. propterea q̃
daꝫ subiūgūt̃ i canone inuētia ꝙ nō
dū sit transsubstantiatio cōsumata
sup h̃ dicūt q̇daꝫ đ ↄse. di. ii utrūq;
scriptura nō attēdit hic hmōi angu
stias tpis. sꝫ sacerdos cū nō possit si
mul multa pferre ꝛ agere ita loq̇t̃ ꝛ
agit ac si tp̃us staret ꝛ essēt adhuc fa
cienda q̃ i ṗncipio ꝟmois nōdū erāt
facta ꝛ v̇ba ꝛ signa nō ad tp̃us sue p
lationis sꝫ ad ↄceptionē loquēiꝭ sūt
referenda. Inno. papa. iij. dixit ꝙ in
canone aliud v̇ba significant ꝛ aliđ
signa ptendūt. nāq; v̇ba ṗncipalit̃
spectant ad eucharistiaꝫ ↄsecrandaꝫ
signa v̇o p̄cipalit̃ ptinēt ad histori
aꝫ recolēdaꝫ. naꝫ v̇bis utimur ad cō
secrandū panē ꝛ uinū i corp᷒ ꝛ sang
uinē ihesu xp̃i. Signis utimur ad re
colendū ea q̃ per ebdomadaꝫ añ pa
scalē gesta sūt circa xp̃m. patet ergo
ꝙ q̃tū ad ordineꝫ eucharistie conse
crande. c. illud. qui ṗdie q̃ pateret̃
ꝛc̃. i fine canois subici debuissꝫ. q̃ in
eo ↄsecratio cōsumatur. sꝫ qñ impe
disset ordineꝫ historie recolende. q̃
qđ fuit gestū i medio poneretur i fi
ne. puidus canonis ordinator ut or
dinem seruaret historie q̃si quadaꝫ
necessitate cōpulsi. s. c. illđ. q̃ ṗdie
ꝛc̃. quasi cor canonis in medio collo
cauit ut q̃ sequuntur intelligant̃ p
cedere scđm illam figuram qua sepe

fit ut q̄ narratōe succedūt itellectu p̄
cedāt. uł potius ut tā lr̄e q̄z histořie
suus ordo fuetur. dicat̃ itaq̄z q̄ gti
nēt signa ad historiā passiōis ꝯcolen
dā q̄ significāt q̄nq̄z sensꝰ q̄ tūc ꝯue
ra paciebant̃ i xp̄o. uł q̄nq̄z eius pla
gas ut dictū ē. sȝ v̄ba uero pertinent
ad eucharistiā ꝯsecrādā. pmo ptinēt
ad eucharistiam cōsecratā3 hoc mō
nos serui tui uidelicȝ sacerdotes. sȝ ⁊
plebs tua sācta .s. populꝰ xp̄ianꝰ. nā3
qȯ ꝑplus agit uoto. sacerdotes per
agūt misterio. offerimꝰ p̄clare maie
stati tue. i. p̄ ceteris clare. nā3 si iusti
fulgebūt sicut sol i regno pr̄is eorū3
q̄to clariꝰ maiestas diuina ꝓfulgȝ ō
tuis donis. i. ō frugibꝰ segetū. ⁊ hoc
q̄tū ad panē q̄ ē cōsectus i carnē. ac
datis. i. ō frugibus arborū. ⁊ hoc q̄z
tū ad uinū qȯ ē cōsecratū i sāguine3
De hijs inq̄z ⁊ illis offerimus hostiā
pura3. hostiā sanctā. hostiā immacu
latā. i. eucharistiā imunem ab omni
culpa originali. ueniali. ⁊ criminali
vn̄ dicat̃ hostia dictū ē in. vj. ꝑticl̃a
sup uerbo q̄ pridie. uel purā q̄tum
ad cogitationē q̄si puro corde. sāctā
q̄tū ad locutionē. imaculatā q̄tum
ad operationē. q̄ peccatū non fecit
nec dolus inuentus ē i ore eiꝰ. supple
hoc ē panē sanctū. i. sanctificātē. sup
ple datorē uite eterne q̄tū ad stola3
carnis ⁊ calicē salutis eterne ꝑpetue
q̄tū ad stolā aie ſm illud. Ego sum
panis uiuus q̄ de celo descēdi si q̄s
mādūcauerit ex hoc pane ui. inet̄nū
P̄nt etia3 scd̄o mō hec uerba exponi
ut uidelicet xp̄us dicat̃ hostia pura
q̄ cōceptus ē sine peccato dicat̃ pa
nis uite eterne. q̄ ē refectio angeloꝝ
⁊ calix salutis perpetue. q̄ refectō ē
hominū. uel tercio mō hostiā pura3
q̄ xp̄s oblatus ē ut nos liberaret de
feditate originalis peccati. sanctā. q̄
uulneratus ē ut perfluerent sacr̃a q̄
bus ecclesia sanctificat̃. Immaculatā
q̄ mortuus ē ut nos liberaret ō mor

te eterna. panē uite eterne q̄ ē nr̄m
uiaticū. q. uia. ⁊ calicē salutis ꝑpetue
q̄ ē refectio angeloꝝ inebrians i pa
tria. Uel sic quarto mō ō tuis donis
ac datis. dona sūt in re eterna. data
in opera tpalia offerimus hostiā pu
rā .s. corpus. hostiā sanctā .s. sāguinē
hostiā immaculata3 quo ad utrunq̄z
uel puram. i. ab alijs sepata3. sancta3
i. sāctificatā. Immaculatā. i. a macu
lis emundatā. hostiā de corde puro
cōsciētia bona ⁊ fide nō ficta. Se
quit̃ supra q̄ ⁊c̄. cū aūt orauerit pro
hostia transsubstantianda pr̄i obtu
lerit. nūc orat pro ipsius acceptatōe
ut eā ad instar antiquoꝝ sacrificioꝝ
acceptet. ꝓpicio supple nobis. ac se
reno uultu. i. respectu placabili dig
neris respicere nō q̄ uultus eiꝰ mute
tur aliq̄n. sȝ tūc deus uultū suū super
nos illūiat ⁊ serenat. cū misericordi
am suā super nos exhibet ⁊ declarat
ſm illȯ ps̄. Illuminet uultū suū sup
nos ⁊ misereat̃ nr̄i. Itē p hoc q̄ di
cit digneris respicere. nō q̄ sacerdos
nr̄ uultū hȝ uersū ad propiciatoriu3
de quo in ꝓhemio huius ptis dictū
ē. ⁊ tunc aspergit intus tabernaculū
dum per dei misericordiā q̄rit eius
ꝓpiciationē ut habeat deus illa mu
nera accepta sicut hūit mūera Abel
iusti. Un̄ sequitur sicuti accepta hr̄e
dignatꝰ es munera abel ⁊c̄. hoc aūt
aduerbiū sicuti similitudine3 innuit
nō exprimit q̄titate3. multo quippe
acceptius ē hoc sacrificiū deo q̄z qȯ
obtulit abel qȯ obtulit abrahā qȯ
obtulit Melchisedech. ualet eni āpli
us res q̄z umbra. v̄itas q̄z figura. Ip
sā ergo silitudinē magis q̄z q̄titate3
debemus attēdere. Offerēdo igit̃ si
miles sumꝰ abel si recte q̄dē offerē
tes recte nihilominus diuidamus q̄
q̄ cayn nō egit peccauit. sua nāq̄z re
cte cui debebat obtulit deo. sȝ ꝯtinēs
sibi seipsū ⁊ cor suū subtrahens deo
male diuidit. Abel aūt acceptū deo

intus i corde obtulit holocaustū qr nō se sibi retinuit sȝ deo totuȝ se subdidit ⁊ impendit. Et iō legit̃ i gene. Respexit de⁹ ad Abel ⁊ ad munera eius. ad cayn uero ⁊ ad munera eius nō respexit. xiiij. q. v. scriptū. ꝑus respexit ad abel ⁊ postea ad mūera ei⁹ qr nō offerēs a munerib⁹. sȝ munera ab offerēte placuerūt. Silr̃ ⁊ abrahā egregius fide totuȝ ꝑus se offerebat altissimo. ⁊ propterea cū sua ducerȝ offerenda placidas ei hostias offerebat qō ut nos scientes ymitaremur patrios ab illo deus exegit affectus. tolle inq̇t filiū tuū unigenitū quē diligis Isaac ⁊ offer eū i holocaustum sup unū montiū quē monstrauero tibi. statimqȝ prōptū ⁊ obediētē iueit ymo nobis ostendit. Melchisedech quoqȝ nisi se prius acceptū deo sacrificiū obtulisset futuroꝝ cās minime preuidissȝ quarū intuitu misticū panis ⁊ uini ꝑmus obtulit sacrificium. erat enim sacerdos dei altissimi. Nominānt̃ igit̃ isti tres p̃res ueteris testamēti. qr illi ⁊ eoꝝ sacr̃a specialius ceterꝭ hoc sacr̃m ꝓsignauerūt. quid enī p munus Abel offerētis de ꝑmogenitis gregis. nisi xp̄s ꝑmogenit⁹ i multis locis exꝑmit̃ q̇ maliciose occisus ē a ꝑplo iudeoꝝ. sicut ille inuidiose a f̃re suo. nā ꝭm apoc. Ip̄e ē agnus dei q̇ occis⁹ est ab origīe mundi ❡ Quid p sacrificiū Abrahe dilectū ⁊ unicū filiū offerētis. nisi xp̄i passio ꝯsignat̃. de quo dicit apl̄us. ꝓprio filio suo nō pepcit de⁹. sȝ pro no. om. tra. il. Hic ē inqt filius meus dilcūs in quo mihi cōplacui. Oblatō quoqȝ Melchisedech tā prope nouū sacrificiū presignauit ut inde predictuȝ sit Tu es sacerdos ieternū ꝭm or. mel. q̇ ꝭm apl̄m assimulat⁹ p oia filio dei manēt sacerdos ippetuū. Abel dicit̃ puer non tā a puericia q̄ȝ a puritate ꝭm illō. ecce puer meus dilcūs queȝ elegi posui sup eū spiritū meū. Abrahā dicit̃ p̃triarcha nō tā ïsrabelitice plebis q̄ȝ ꝑplī xp̄iani illi⁹ p carnē huius p fidē. ꝭm illō nō ultra uocabit̃ nomē tuū abraam. sed appellaberis abraham. qr p̃rem multaꝝ gētiū cōstituere. Melchisedech iterpretat⁹ ē rex iusticie. deinde rex salem. i. pacis propter illud qō legit̃. orıet̃ i dieb⁹ ei⁹ iusticia ⁊ habūdātia pacis donec auferat̃ luna. Scm̄ sacrificiū imaculatā hostiā. hoc addidit i canone Leo papa ꝑmus.

❡ De nona ꝑticula canonis Rica.

Supplices te rogam⁹ ⁊c. Nona ps. Pontifex ut lex iubebat qō i prohemio hui⁹ ꝑtis dictū ē aspergebat tabulā ⁊ aram ⁊ exterius sacrū sanguine pacifico et xp̄s totiens asperget patrē sanguine quotiens eū placat p carnē assūptaȝ aram aspergit q̄ȝdiu numerū restaurat angelorū ❡ Exterius sacrū aspgit dū hoies scīficat ⁊ p̃ri q̇ i terris sunt recōciliat. sacerdos eosdē aspgit. q̇a hoc seruiciū placat deū ⁊ ueniaȝ impetrat ⁊ sic etiā super os aspergit. nā q̇ nos emūdat augmentat numeruȝ eiuū supernorū. aspergit etiā itus tabernaculū. put in precedēti ꝑticula dictū ē. Dū aūt hoc nominat sublime altare ꝯmemorat scā scōꝝ. ❡ Sane ymno dicto post cenā exiuit ihes⁹ in montē oliueti trans torrētē cedrō ⁊ progressus pusillū cecidit in facieȝ suā orās ⁊ dixit. p̃r si fieri pōt transfer calicē hūc a me. sȝ ⁊ scdo ⁊ tercio abijt ⁊ orauit eundem sermonem dicens ⁊ factus i agonia prolixius orabat ⁊ factus est sudor eius sicut gutte sāguinis decurrentis in terrā. tūc uenit ad discipulos suos dicens. surgite eam⁹ ecce approquinquet q̇ me tradet. Traditor aūt dedit eis signū dicēs quecūqȝ osculatus fuero ipse ē tenete eū. ⁊ cōfestim accedēs osculatus ē eū. Quia ergo ihesus procidit

orans ⁊ dicens pf si fieri ⁊c. ideo sacerdos se inclinans orat ⁊ dicit supplices te rogamus ⁊c. uel sacerdotis inclinatio significat emissionem spiritus xpi prout dictum est in prohemio canonis de inclinationibus dictum est sub ti. de confessione. Item dicit ut quotquot ex hac altari ⁊c. osculatur semel altare per quod repraesentatur osculum proditoris postquam dominus ab oratione surrexit. Quidam ter osculantur agentes gratias trinitati que per passionem domini genus humanum reconciliauit. alij bis ad notandum geminam in xpo naturam seu ipsum in anima ⁊ corporeum assumptum. ¶ Quia vero in agonia prolixius orabat tercio dicens eundem sermonem ideo sacerdos facit tres cruces. primam super oblatam dicendo sacrosanctum filii tui corpus. ⁊ secundam super calicem dicendo ⁊ sanguinem. terciam signando seipsum in facie cum dicit omni benedictione celesti forte propter sudorem corporis crucem imprimens super corpus. ⁊ propter guttas sanguinis crucem imprimens super sanguinem. ⁊ quia procidit in faciem suam orans. ideo imprimit sibi crucem in facie. uel potius crux que fit supra corpus designat uincula quibus est ligatum corpus. illa que fit super sanguinem designat flagella quibus allisus est ⁊ sanguis eductus. De uinculis legitur ministri iudeorum comprehenderunt ihesum ⁊ ligauerunt ⁊ uincientes duxerunt et tradiderunt poncio pilato. de flagellis legitur. apprehendit pilatus ihesum ⁊ flagellauit cuius liuore sanati sumus. Per terciam uero crucem que fit in facie recolitur illud quod expuebant in faciem eius ⁊ palmas in faciem eius dabant ⁊ uelantes faciem eius dicebant prophetiza nobis xpe quis est qui te percussit. Tercia crux que fit supra corpus martirium xpi que fit supra sanguinem martirium sanctorum designat. quarto prime due cruces significant quod xpus pro duobus populis passus est. Tercia que fit in facie quod in corpore suo passus est. alij vero non faciunt premissas duas cruces ¶ Considerari etiam oportet quod sacerdos dicendo supplices ⁊c. stat inclinatus cancellatis manibus ante pectus ad consignandum quod orationis humilitas per inclinationem designata tunc demum ⁊ non alias exaudiri digna est si ex fide procedat rectoris. i. mentis. fide dico per dilectionem operante que operatio per manus intelligitur. quia uero quedam sunt opera uite actiue. quedam uero uite contemplatiue sed opera uite actiue quodammodo cancellati ad opera contemplatiue uite sicut sinistra ad dextram comparatur eo quod opera actiue sicut supposita seu inferiora ad opera contemplatiue disponunt et opera contemplatiue sicut supposita et altiora illa perficiunt ⁊ consumant. ideo in ipsa manuum cancellatione dextra supponitur sinistre. Rursus orat cancellatis manibus ante pectus quasi ipso facto dicat obsecro te per crucem ⁊ passionem tuam ut iubeas hec perferri ⁊c. Cancellatio enim manuum passionem xpi figurat ⁊ dextra per quam resurrectio leue per quam passio designatur supponitur ut per hoc xpi resurrectio a mortuis insinuetur Verum in nonnullis ecclesijs dyaconus infra actionem lauat manus significans primo quod pilatus se lauit cum se mundum a xpi sanguine proclamauit. uel secundo quod nostra sordida opera xpi passione mundantur. tercio quod nullus nisi mundus ad percipienda sacramenta dei sacra procedat ¶ Sequitur iube hec perferri ⁊c. tante sunt profunditatis hec verba ut intellectus humanus uix ea sufficiat penetrare. unde btus Gre. de conse. di. ii. quid sit sanguis. ⁊ in fi. dialogi. tanti sacri dignus interpres de illis tanquam de re ineffabili bene ineffabiliter loquens quis inquit fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem celos aperiri in illo Ihesu xpi misterio angelorum chorus adesse summis yma sociari terrena celestibus iungi unumque ex inuisibilibus atque uisibilibus fieri. Idem etiam alibi dicit uno eodemque tempore ac momento in celum. i. celestem naturam rapitur misterio angelorum consociandum corpori xpi. s. mistico ⁊ ante oculos

sacerdotis i altari uidet. saluo tñ oc culto celestis oracli sacro posset hec ṽba lz siplici⁹ tñ securius sic expōi ū be.i.fac.hec.s.nota fideliuz.i.suppli catões .ꝛ pces pferri.i.pñtari.p ma n⁹ sci angeli tui.i.p misteriū angelo rū q̄ sunt admistratorii spūs ꝛ nota nr̃a corā deo offerūt.iux̄ illō qō ait raphael angel⁹ ad thobiā.thob.xij. qñ orabas cuz lachrimis ego obtuli orōz tuā dño. Ex h̄ ergo euidēt ap parz ꝙ angel⁹ sacris misteriis adesse credēd⁹ ē.nō ut ↄsecret.q: h̄ nō pōt sz ut orōnes sacerdotis ꝛ pp̄li iō rep sentet.ſm illō apo.ascēdit fum⁹ aro matū i cōspectu dñi de manu angeli q̄ sūt orōnes scōꝝ. i sublime altar tu um.supple hoc ē i cōspectu diuie ma iestatis tue.i.i cōtemplatiōe maiesta tis ꝛ curie tue celestis.naz ipe de⁹ di cit altare sublime.exo.xx. Nō ascen das ad altare meū p grad⁹.i.i tirini tate nō facies grad⁹. ¶ Porro sicut beatus Aug. determist. nō dicit an gelus offerre orōnes deo q̄si tūc pri mo deus nouerit q̇d uelimus q: de⁹ oīs nouit añq̃ꝫ fiant. sz q̇a necesse bz rōnalis creatura tēpales cās ad eter nitatē referre siue petendo q̇d.ergo si fiat siue consulendo q̇d faciat.aut q̇d deo iubēte implēduz esse cogno uerit.hoc nobis uel euident ul laten ter reportet. ¶ Pñt etiaz scdo mō p missa ṽba sic exponi.oipotēs de⁹ iu be hec.s.paēz ꝛ uinū pferri.i.trāsmu tari i sublime altare tuū.i.i corpus ꝛ sāguinē filij tui sup choros angeloꝝ exaltari.qꝛ corpus dñi dictū ē altare ſm illud. altare de terra facietis mi hi.per manus angeli tui.i. p misteri um sacerdotis.nō eni ſm Aug. ōpo scit ob aliud illic deferēda.nisi ut in telligat ꝙ illa fiāt.i.trāssubstantiet i eo sacerdotio.i.i ei⁹ misterio ṽtute spūs sancti.sz cū ism trāssubstātiata sint exponi possent tercio mō sic.iu be hec.i. xpi corp⁹ misticū.s.ecclīaz

xpi militātē.pferri.i.associari.i subli me altare tuū.i.i ecclesiā triūphātē q̄ dicit altare.ſm illud leuit.¦.Jgnis in altari meo semp ardebit.i.feruor caritatis i ecclīs triūphanti.ꝛ hoc p manus angeli tui.i.p opatiōnē ꝛ uir tutē xpi filii tui q̇ ē magni cōcilii an gelus.Jsai.ix. Jpse eni corpus suum misticū deo patri cōiungit ꝛ ecclesie triūphanti. Quarto mō hic ē ange lus magni cōsilii ↄsiliarius ille cuius cōsilio pr̄ múdū creauit ꝛ recreauit sublime altare in cōspectu dei ē xpūs crucifixus sedēs i dextera pr̄is. Jgit angelus fert hec sacra i sublime alta re i cōspectu dei dū cicatrices ↄndēs interpellat apud prēm p nobis hec sacra ↄficientibus. ¶ Que ṽo sint il la q̄ petit i sublime altare pferri det minat dñs dicēs.ut quotquot ꝛc.p hoc eni demonstrat corpus xpi mi sticū qō xpūs quotidie ad se trahit p mēbra .vnde Jere. patrē uocabis me ꝛ post me ingredi non cessabis.

¶ De decima parte canonis ꝛc.



Emēto etiā dñe ꝛc. Decia para.hec cōiunctio etiā cō tinuat sequētis ꝑtime pce dētib⁹.uel dici pōt ꝙ supfluit.nā in antiq̇s codicib⁹ p̄cedebat imediate q̄dā oīo incipiens.Memēto mei q̄so dñe ꝛc.in q̄ sacerdos p se orabat ut digne posset offerre.vñ tunc recte se q̄bat.Memento etiā dñe famul ꝛc. Sz qꝛ in multis modernis codicibus oīo illa nō inuenit.iō ſm illos istud etiā supfluit.ul q ō melius ē respicit aliud .Memento qō p̄cedit i quo ro gauit p uiuis. hic aūt orat p defun ctis. ¶ Orat ergo pis mater ecclesia nō solū p uiuis nez etiā p defūctis ꝛ eos deo patri sacre oblatōis inter cessione cōmendat certissime credēs ꝙ sanguis ille p̄ciosus q̇ pro multis effusus est in remissionē peccatorū

non solum ad salutem uiuentiū. uerꝫ
etiam ad absolutionem ualeat defū
ctorū. Ideoq gabilon. concilium. de
conse. di. i. uisum statuit ut in oībus
missarum solemniis loco competen
ti uidelicet in hoc loco secrete uel in
diebus nō solemnibus. In dñica enī
die ob resurrectionē dñicam anime
requiem creduntur habere ecclia ꝓ
defunctis dñm deprecetur. iux illud
Aug. nō sunt pretermittende suppli
cationes ꝓ spiritibus mortuoꝝ q̄s
faciendas pro oībus ī xp̄iana catho
lica societate laudam⁹. ꝛ q₂ qñq de
sunt defūctis parentes filij cognati
et amici qui supplicationes ꝓ eis ef
fundāt. una ꝛ pia mater. i. tota eccle
sia oēs defunctos sub generali ɔme
moratione suscipit tacitis illoꝝ no
minibus ꝛ ex eis exhibet cōmunionē
Inno. quoq papa statuit. e. di. ò no
minibus ut ante consecrationem ho
stie non recitent nomīs defūctorum
possent enī ꝑ̄ p̄lo recitari. s₃ deo quē
nihil latet necesse non ē qui cū₃ sig
no fidei nos precesserunt. s. ad dñm
xiij. q. ij. quā preposterū. in fi. nō ꝙ
ibi sit fides aut spes ubi specica ē et
res. nā fides euacuatur caritas nūq
excidit. sed signū fidei ꝑ caracteꝝ fi
dei xp̄ianitatis accipit. de pe. di. ii.
caritas. quo fideles ab infidelibus
discernunt. s̄m illud. audiui nume
rū signatorū. cxliiij. milia signati ex
omni tribu filioꝝ israhel ꝛ dormiūt
in somno pacis. s̄m illud. In pace in
idipsum dormiā ꝛ requiescam. Fre
quenter enim sacra scriptura defun
ctos dormientes appellat. pro eo. q₂
sicut dormientes euigilant ita mor
tui resurgent. propt̄ qò dicit ap̄lus
Nolo uos ignorare de dormientib⁹
ut non ɔtristemini. sicut ꝛ ceteri qui
spem nō hñt. ꝛ dñs inquit in euange
lio. Lazarus amicus noster dormit.
Ipsis dñe et omnibus in xp̄o quies
centibus. In hoc loco sacerdos quo
rum maluerit defunctorum d₃ agere
memoriam specialem. Finita ē enim
memoria mortis domini. ꝛ ideo seq̄
tur. mors nostra xp̄s precessit ꝛ nos
eius uestigia sequimur. hic autē₃ uo
cantur quiescentes in xp̄o qui in ca
ritate mortui sunt. habentes tñ ali
qua purgabilia. eo ꝙ nō plene satis
fecerant pro peccatis cōfessis. ꝑpt̄
quod ad locum purgatorij descēde
runt ubi existentes suffragio indigēt
ecclesie militantis tanq nondum ha
bentes in re pacem ꝛ refrigeriū₃ glo
rie licet habeatur incerta ꝛ ineffabili
spe locum refrigerij in quo non ē ar
dor penarū. lucis in quo nō ē obscu
ritas tenebrarum. ꝛ pacis in quo nō
est conflictus pugnarum. Nam ab
sterget deus omnē lacrimam ab ocu
lis eorum. ꝛ iam nō erit ampli⁹ neq
luctus neq clamor sed nec ullus do
lor quoniam priora transierunt sed
delectabuntur in multitudine pacis
eum placebant corā domino in regi
one uiuentium. Paradisus dicit̄ er
go locus refrigerij propter ardorē₃
ignis purgatorii per quē₃ anime trā
seunt. iuxta illud ps̄. transiuimus ꝑ
ignem ꝛ aquam ꝛc̄. Locus lucis con
tra tenebras inferni. de quibus Ma
thei. xxiii. mittite eū₃ in tenebras ex
teriores. Locus pacis propter men
tis tranquillitatē que ibi ē cōtra uer
mē₃ cōscientie eoꝝ qui salui nō erūt
unde Isai. v̄mis eorū nō moriet̄ nec
ignis eoꝝ extiguet̄.

¶ De undecima p̄te canonis R̄ica.

Nobis quoq ꝛc̄. undecīa ps
hec aūt orō ꝑtēdit̄ usq ꝑ
oīa secula seculorū. Et hec
v̄ba proferendo sacerdos paululū₃
expssa uoce percusso pectore silentiū
interrūpit. representans contritionē
ꝛ ɔfessionē latroīs ī illo passioīs do
minice articulo increpātis alteꝝ ꝛ di
cētis. nos digna factis recipim⁹. hic

autem nihil mali gessit. ⁊ dicebat ad ihesum Luce. xxiij. dn̄e memēto mei dum ueneris in regnum tuum. propter quod dixit illi ihesus. Amē dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Rursus p exaltationem uocis ⁊ pcussionem pectoris. exprimitur illō qō centurio ⁊ qui cū illo erāt uisis hijs que fiebant timuerūt ualde dicētes Uere filius dei erat iste. ⁊ omnis turba que simul aderant ad spectaculū illud percucientes pectora sua reuertebantur. note uero eius ⁊ mulieres que xp̄m secute fuerant a galilea stabant a longe hoc uidentes quos significant ministri. s. dyaconos et subdyaconos retrostantes q̄ ad hāc uocem erecti in os sacerdotis uel ep̄i intuent᷑. Premissa autē pectoris unica tūsio significat qō ſm ap̄lm ad ro. vij. Xp̄s semel p peccatis nr̄is mortuus ē. ⁊ fit cuȝ tribus digitis. s. sine pollice ⁊ indice. ut trinitas in unitate notet᷑. Pectoris quoq; tūsio qn̄q; pniam designat put sub ti. de cōfessione dictū ē. Peccatoribus. hec iō dicit. quia si diximus q peccatum nō habemus nosmetipsos seducim⁹ ⁊ ueritas in nobis non ē. de peni. di. ii. si enim inquit. licet enim omni tēpore debeamus ex corde nos recognoscere peccatores. vi. di. testamēti ū precipue cū pro remissione peccatorū sacrosanctum misterium celebram⁹ de multitudine miserationū tuarum sperantibus. iux̄ qō inquit ps̄. scd̄m multitudinem miserationum tuaruȝ dele iniquitatē meam. Et nō q una tm̄ est dei misericordia non aliud q̄dem q̄ȝ q ipse ē misericors. ſȝ multi sunt eius effectus qui miseratiōes dicunt᷑. unde remiscer᷑ miserationū tuarum dn̄e ⁊ misericordiarum tuaruȝ que a seculo sunt. partē aliquā et societatem donare digneris. Sed cū ipse deus sit oīa in omnibus salus ⁊ p̄miū ⁊ gloria singulorum. iuxta illō

Salus populi ego sū. Quid ē qō dicit᷑ aliquā ⁊ societatē ⁊c. tanq̄ȝ n̄ omnes sint eundem denariuȝ accepturi ¶ Sane licet unū ⁊ idem sit p̄miuȝ singulorū uidelicet ipse deus: cuius cognitione salus eterna consistit ſm illud qō ipse dicit in euāgelio. hec ē uita eterna ut cognoscāt te uerū deū ⁊ hūc quem misisti ihesū xp̄m. tamē scd̄m dr̄am meritorum alii plus alii minus diuina uisione fruunt᷑. ¶ Nā et stella differt a stella ī claritate. ppt̄ qō ipse dn̄s ait. ¶ In domo p̄ris mei multe māsiones sūt. de pe. di. iiii. in domo. sicut unus ē sol cuius lumine pticipant uniuersi alii plus alii min⁹ ſm dr̄am intuētiū cū Io. Step. Mathia Barnaba. In hac scd̄a ꝯmemoratione scōruȝ magna ex pte supplēt᷑ qui de primitiuis sanctis deesse uidebant᷑ in p̄ma. Sȝ q̄re Iohānes repetit᷑ ⁊ Stephanus sociatus Iohāni p̄mittitur Mathie ac Barnabe ap̄lis. Sup h̄ dici pōt q Iohā. in prima cōmemoratōe disponit᷑ ⁊ cū ceteris numeratur ppter dignitatē ap̄lat⁹. In hac aūt ꝯmemoratōe repetit᷑ ⁊ cum Stephano sociat᷑ ppter priuilegiuȝ celibatus. uirgines eni sūt ⁊ sequūt᷑ agnū quocunq; ierit. preterea ceteris p̄mittit᷑. uirginitas nāq; Iohannis inde maxime cōmendat᷑. qr xp̄us in cruce matreȝ uirginem discipulo uirgini ꝯmendauit. ⁊ ex illa hora accepit eā discipulus ī suā. Stephani uo uirginitas ex eo maxime ꝯprobatur qr ipse deputatus ē ab ap̄lis ad ministeriū uiduarum ⁊ in eo q feminis ē prepositus testimoniuȝ meruit sincerissime castitatis. posset autē non euangelista sed baptista Iohānes intelligi. nisi p̄termitteretur cū tuis sāctis ap̄lis ac martiribus. unde cōnicitur q ap̄li tm̄ ac martires subnotātur q̄uis ⁊ Io. bap. merito possȝ int̄ martires nūerari. Enūerat ergo sacerdos scōs quorū societatē petit qr ⁊

sacerdos legalis nomina filiorū isra
hel habebat scripta. ut. s̄. dictū est
Et aduerte ꝙ hic octo uiri ⁊ septem
mulieres computantur. quia ꝑ hoc
sacrificium septem carismata gracia
rum ⁊ octo beatitudines iungūt̄ in
nobis. ❡ Sequit̄ nō estimator me
riti. quia non ſm exigentiam merito
rū retribuis sed minus puniēdo uł
magis remunerādo ꝙ̄ quisqꝫ meruit
Unde nō ſm peccata nr̄a fecit nobis
neqꝫ ſm iniquitates nr̄as retribuit
nobis. ⁊ alibi. mensurā bonam ⁊ cō
fertā ⁊ coagitatā ⁊ supereffluentem
reddent in sinū uestrum. ꝑ xp̄m do
minū nostrum. hic nō respondetur
amen. tū q2 angeli qui semꝑ assistūt
rn̄dent ꝓut in fi. tercie particule di
ctum est. tum quia hic tacite dicunt
nec rn̄dētes audire possunt. tū quia
ūba sequētia per quē omnia ⁊c̄. istis
coniungūtur ⁊ ab eis depēdet ita ꝙ
nihil interponi pōt. hoc aūt loco be
nedicūtur uue ꝓut dicet̄ in. vij. ꝑte
sub quinta feria cene dn̄i. ubi agitur
de diurno officio In canone apl̄orū
in burchardo. li. v. c. offerri. ita legi
tur. Offerri nō liceat ad altare. s. ad
benedicendum ꝑter nouas spicas et
uuas ⁊ oleū ⁊ luminaria ⁊ fabas ⁊ ti
miama ad incensū tp̄e quo sācta ob
latio celebrat̄. Sequit̄ ꝑ quem hec
omnia. ⁊c̄. ideo dicit oīa q2 per filiū
omnia creata sunt. unde Jo. i. oīa ꝑ
ipsum facta sūt ⁊ sine ipso factū ē ni
hil. ⁊ uidit deus cuncta q̄ fecerat et
erant ualde bona. creas igit̄ conden
do naturā sanctificas cōsecrādo ma
teriam uiuificas transsubstantiādo
creaturā bn̄dicis accumulādo grāꝫ
ꝙ aūt dicit̄ hec omnia ē simplex ꝓ
nomīs demonstratio. sicut tp̄us ūbi
ꝯfusūꝫ. nam pn̄s confusum ptītis nō
tenet usū. ⁊ est sensus hec oīa. s. panē
uinum ⁊ aquam semꝑ creas ſm cās
canoicas primordiales. ⁊ sāctificas
ſm cās sacr̄ales. uiuificas ut trāseāt

in carnem ⁊ sāguineꝫ. ⁊ benedicis ut
cōseruent unitatē ⁊ caritatē. ❡ Rur
sus in eo ꝙ dicit scīficas notatur ꝙ
qcūqꝫ scīficatur ꝑ graciā xp̄i scīfica
tur. de plenitudine aūt eius oēs acce
pimus. unde Jo. xvj. pater sāctifica
eos in ueritate. i. in filio. ❡ In eo ꝙ
dicit uiuificas notat̄ ꝙ quicq̄d uiui
ficat̄ per filiū uiuificat̄. Jo. xi. Ego
suꝫ uia ueritas ⁊ uita. viij. di. qui cō
tempta. In eo ꝙ dicit benedicis insi
nuatur ꝙ benedictio celestis datur
nobis per fructū uirginis benedictū
uel creas ut sint. sanctificas tibi ōpa
tando. uiuificas animādo. benedicis
ut utilia sint. prestas ut ꝓsint. ❡ Fi
unt autē tres cruces super dictis uer
bis. sanctifi. uiuifi. bene. In quibus
ecclesia primitiua representat̄ que fi
dem trinitatis suscepit. De hoc tam
aliter iam dicetur. Si quidem sacer
dos dicturus. ⁊ prestas nobis uel di
aconus remouet corporale desuper
calice. ad notandū ꝙ qn̄ xp̄s emisit
spiritum uelūꝫ templi scissūꝫ ē a sum
mo usqꝫ deorsūꝫ. ⁊ aperta sūt nobis
que prius obscura erant i lege ⁊ clau
sa. sicut dicit̄ in euangelio de q̄busi
dam. ⁊ erat absconditum uerbum
istud ab eis. ubi enim sumpto aceto
consumatūꝫ est reuelatum est. Et ca
lice discooperto accipiens hostiam
dicit. ⁊ prestas nobis. Dubitari aūt
uidimus quare calix ⁊ nō hostia co
operitur. ad quod quadruplex pōt
ratio assignari. primo propter peri
culum. quia sanguis faciliter posset
recipere immundiciam ꝙ̄ hostia. Se
cundo quia in calice ⁊ sanguine ma
gis significatur passio xp̄i ꝙ̄ i hostia
unde illud. pater si fieri potest tran
seat a me calix iste. ⁊ in canone i for
ma sanguinis ponit̄ actus effusionis
ibi q̄ pro nobis effundetur ⁊c̄. q2 er
go in calice ⁊ in sāguine magis signi
ficatur christus mortuus ꝙ̄ in cor
pore. ideo sicut ⁊ mortuus pannis

⁊ lapidibus operitur. ita ⁊ calix panno ⁊ sanguis calice ⁊ corporali cooperitur. Tercio sanguis in calice cooperto representat corpus xp̄i i sepulcro clauso ⁊ signato. hostia uero corpus christi extra sepulcruz. Quarto sanguis calice cooperto representat corpus xp̄i in sindone inuolutū. hostia uero non inuolutuz. ¶ Sequit̄ per ipsum ⁊c̄. si absq̄ alicuius uerbi uel temporis interpositione coniungas premissa uerba per christuz dominum nostrum. per quē hec oīa ⁊c̄ ⁊ facis punctum ibi ⁊ prestas nobis plana est littera. dic ergo per ipsum i. tanq̄ per mediatorem cū ipso tanq̄ cum coequali. quia ipse est coequal̄ patri. in ipso tanq̄ in consubstantiali. uel in ipso. i. in membris eius. i patre quippe notatur auctoritas ꝑpt̄ principiuz. in filio equalitas ꝑpter medium. in spiritu sancto cōmunitas propter consortiū. ¶ Sane sexta feria crucifixus est christ⁹ hora tercia linguis iudeorum. qđ narrat Marc⁹ hora sexta manibus gentiliuz. quod narrat Johannes. circa horam autez nonam inclinato capite tradidit spiritum. Ad recolendam igitur crucifixionem hora tercia factam linguis iudeorum clamantium ter crucifige crucifige euz. ⁊ rursus tolle tolle crucifige euz. sacerdos facit tres cruces super oblatā ⁊ calicē dū dicit sanctificas uiuificas ⁊ benedicis. Ad recolendam uero crucifixionez que post interuallum trium horaruz facta est manibus gentilium cum milites crucifixerunt ihesum. sacerdos iteruz facit tres cruces cum hostia super calicez super premissis tribus uerbis. s. per ipsum ⁊ cum ipo ⁊ in ipso. postmodum autem ad designandum diuisionez carnis ⁊ anime domini morientis facit duas cruces cū ipsa oblata in ore calicis dum dicit. est tibi deo patri omnipotenti i unitate spiritus sancti. cum eniz in christo tres sint unice substantie uidelicet diuinitas corpus ⁊ anima. due tm̄. s. corp⁹ ⁊ anima fuerunt in morte diuise. Nā diuinitas a neutra est diuisa ⁊ separata. ⁊ propterea non tribus crucib⁹ sed duabus mors domini designat̄. Ceterū sacerdos faciendo cruces manus super mensam altaris extendit quia ⁊ xp̄us super araz crucis man⁹ expandit. iuxta illud propheticū. Expandi manus meas ad populuz nō credentem mihi. Scđo etiaz premisse tres cruces cuz corpore super nudū calicem facte significant tres cruciatus quos xp̄s in nuda cruce sustinuit uidelicet passionem. propassionez ⁊ compassionem. passionē in corpore. propassionē in mente. compassionem in corde. de passione corporis ait dn̄s per prophetam. O uos oīs qui transitis per uiā attendite et uidete si est dolor sicut dolor me⁹. foderunt enim manus ⁊ pedes me. ⁊ dinu. omnia ossa mea. de propassione mentis dominus inquit apostolis. tristis ē aīa mea usq̄ ad mortē. cepit eniz ihesus tedere ⁊ pauere. cepit cōtristare ⁊ mestus esse. Ex compassione uero cordis pro crucifixorib⁹ orauit ad patrem dicens. pater ignosce illis q̄ nesciūt quid faciunt. si enim cognouissēt nūq̄ dominū glorie crucifixissent. ⁊ ideo sacerdos facit has cruces cum hostia super calicem. q̄a xp̄us sustinuit huiusmodi cruciatus in corpore super patibulum. per calicem enim passio designatur. ut iaz dictuz est. Tercio modo tres cruces cum hostia super calicez facte significant fidem centurionis dicētis Mathei. xxvij. Uere filius dei erat iste. ⁊ ita cognouit eū unum esse in trinitate. s. xp̄m deū ⁊ hominem. due uero que fiunt in ora seu latere calicis. designant duo sacramenta q̄ de latere christi profluxerunt uidelicet aqua

regenerationis ⁊ sanguis redemptio
nis. iux̃ testimonium Jo. dicẽtis. un⁹
militum lancea latus eius aperuit ⁊
continuo exiuit sanguis ⁊ aqua. ⁊ iõ
immediate post has duas cruces la
tus calicis in quibusdam ecclesijs cũ
hostia tangit̃ ꝑ quod percussio late
ris christi cũ lancea militis designa
tur. ¶ Quarto tres premisse cruces in
quibusdam ecclesijs ita fiunt ⁊ bene
nam prima que fit super per ipsũ fit
supra os calicis exterius. significans
ꝙ deus est extra omnia non exclus⁹
Scd̃a que fit super cum ipso fit par
inferius sub prima uidelicet a labio
calicis in labium significans ꝙ deus
ẽ super omnia non elatus. Tercia q̃
fit super i ipso fit inter os calicis cir
ca medium concauitatis eius. signifi
cans ꝙ ẽ inter omnia non inclusus.
Quarta que fit super deo patri fit a
medio oris calicis recto diametro ꝯ
faciem sacerdotis. significans ꝙ om
nia que in ministerio misse occulte
aguntur. in fine nobis ante oculos
ponentur. Quinta que fit super i uni
tate spiritus sancti. fit a latere calicis
inter ipsum calicẽ ⁊ sacerdotẽ uide
licet descendendo a sũmitate calicis
contra pedem. significans ꝙ deus ẽ
subter omnia non compressus seu ꝓ
stratus. quidam tamen de hijs dua
bus ultimis non faciunt nisi ultimã
Quinto dicte tres cruces significant
tres cruciatus quos xp̃us sustinuit
tribus temporibus uidelicet añ mor
tẽ alapas flagella sputa ⁊ huiusmo
di. in morte crucifixionem. ⁊ p⁹ mor
tem lateris perforatõnem. prima sig
nificat primũ. scd̃a scd̃m. tercia terci
um. quarta uero significat separatõẽ
anime a corpore xp̃i. quinta descen
sum in limbum uel cruciatum in pe
dibus. Sexto quinq̃ ordines signo
rum que fiunt ante sextum. s. ãte ta
ctum calicis cũ hostia. qñq̃ uidelicẽ
de duabus ultimis non fit nisi una

significãs quinq̃ mundi etates que
fuerunt ante xp̃i natiuitatem. Sextũ
uero uidelicet ipse tactus significat
sextũ tempus. s. a xp̃i natiuitate usq̃
ad finem mundi. Ipse enim unicus
tactus significat dñm semel ascendis
se crucem ut finem haberet. ipsa au
tem res est cruciatus qui per dictas
quinq̃ etates omnibus hominibus
fiebat. ¶ Notandum igit̃ ẽ ꝙ sacri
ficium septẽ uicibus signatur in ca
none. Prima uice ter ubi dicit̃ hec
dona hec munera ⁊c̃. Scd̃a uice qui
quies ubi dicit̃ quam oblationẽ tu
deus ⁊c̃. Tercia uice bis semel ubi di
citur qui pridie ⁊c̃. ibi. tibi gracias
agens benedixit ⁊c̃. ⁊ iterum ubi di
citur. similiq̃ modo ⁊c̃. Itẽ gratias
agẽs ⁊c̃. Quarta uice quinquies ubi
dicitur hostiam purã ⁊c̃. Quinta ui
ce bis ubi dicitur sacrosanctum filij
tui corpus ⁊c̃. Sexta uice ter ubi dici
tur sanctificas uiuificas ⁊c̃. Septima
uice quinquies. ubi dicitur per ipsũ
⁊c̃. prout in ipis locis dictũ est inter
quas septem uices sacrificiũ signifi
catur duabus uicibus bis uł duab⁹
uicibus ter ⁊ duabus uicibus quin
quies. Septima uero uice bis et ter
signatur ergo simul omnibus uicib⁹
iunctis. quinquies quinq̃ que sũt si
mul. xxv. qui numerus per se ductus
semper in seipsum reducitur si duca
tur in infinitum q̃tumlibet eni mul
tiplicetur eucharistie sacr̃m semꝑ est
idem sacrificium. Aug. tñ de conse.
di. ii. semel. dicit ꝙ si tñ semel signũ
crucis fieret super panem ⁊ uinũ suf
ficere posset. qꝛ semel dñs crucifixus
ẽ. In hoc etiam sacr̃o quinq̃ sensus
corporis. s. uisus auditus gust⁹ odo
ratus tactus. exercentur. s. circa colo
rem saporem odorem fractionem et
sumptionem. ut quinq̃ sens⁹ anime
spirituales exuberent. s. ¶ uisus intelli
gentie. auditus obedientie. odorat⁹
discretiois. gustus dilectiois ⁊ tact⁹

operis. de quibus reperitur in euan
gelio. dñe quinq; taléta tra. mi. ecce
alia quin. superlu. sum. sed ꝛ binari⁹
ꝛ ternarius bene congruit sacramen
to. binarius propter carnē ꝛ sãguinē
ternarius propter panem uinum et
aquã. Item binarius propter dupli
cem modum edendi. s. sacramentalē
sub specie panis ꝛ uini ꝛ spũalem in
fide cordis. Et ternarius ꝓpter tria
que sunt in hoc sacro discreta. uide
licet forma uisibilis uini ꝛ panis. ue
ritas corporis ꝛ sanguinis. ꝛ uirtus
spũalis unitatis ꝛ caritatis. de q̊bus
dictum ē in. vij. particula super ũbo
misterium fidei. i. ut ita ternarius bi
narius. i. fides trinitatis per dilectio
nez dei ꝛ proximi operetur. Fiũt igi
tur tres cruces que q̄tuor habēt an
gulos super artificiũ. qꝛ xp̄s dum in
cruce pependit quatuor climata mũ
di redemit ꝛ septem ordinibus ordi
nant̃. ad notandũ septiformē spirit⁹
sancti graciã. que in hoc misterio ne
cessaria est ꝛ fere in quolibet ordine
per numerum imparē signacula dis
ponuntur. qꝛ corpus xp̄i unum ma
nens non scindit̃ omnis honor tãq;
dño ꝛ gloria tãq; deo. ¶ Sequit̃ ꝑ
omnia secula seculoꝝ. nõ solũ crucis
impressio uerũ etiam uocis expressio
ꝛ pectoris percussio. que gesta sunt
iuxta crucem insinuat. prout dictuz
est sub uerbo. nobis quoq;. q̊a ergo
ihesus clamãs uoce magna tradidit
spiritum. ideo sacerdos dicendo ꝑ
omnia secula seculorũ exaltat uocem
ꝛ etiam aliq̄tulũ calicem eleuat. Ul̃
dicitur alte ad incitationē ꝓp̄li ut sci
ens finem canonis respondeat amē.
ul̃ ideo. quia centurio clamauit. uere
fili⁹ dei erat iste. quia uero mulieres
lamentabantur flentes dñm. iõ cho
rus quasi lamentando rñdet amen.
repñtans fidelem qui dñm contrito
corde lugebunt uelut quodam abel
inuidi fratris furore occisum paren
tes eius lamentabant̃. ¶ Cõsequen
ter dyaconus accedit ꝛ exaltatũ paꝝ
per sacrificiũ seu calicē cũ corpore õ
altari tam ipse q̄ sacerdos deponit
quia ut legit̃ Jo. xx. uenerũt ioseph
õ armathia ꝛ nicodemus ꝛ impetra
tum corpus ihesu a pilato deponen
tes sepelierunt. sacerdos ergo eleuãs
nicodemũ representat. ipsa uero ele
uatio xp̄i depositionem de cruce. de
positio collocationem in sepulcro õ
monstrat. ¶ Et aduerte quia sacer
dos dicens preceptis salutarib⁹ mo
niti calicem simul ꝛ hostiã deponit
Ad cuius rei euidentiã notandum ē
q̄ xp̄i corpus ꝛ sanguis bis in sexta
feria eleuata ꝛ deposita fuerũt semel
in cruce eleuata ꝛ de cruce ad terraz
deposita ꝛ semel de terra eleuata ꝛ i
sepulcro collocata. primũ repñtatur
in prima eleuatione ꝛ depositiõe cor
poris ꝛ sanguinis xp̄i que fit statim
post eorũ consecrationē. Alia repre
sentat̃ in eleuatione ꝛ depositõne q̄
fit in hoc loco. congrue igit̃ dũ hec
uerba proferũtur fit corporis ꝛ sãg
uinis eleuatio. ꝛ depositio designan
tes eleuationem corporis xp̄i de ter
ra ꝛ locationem eius in sepulcro. qꝛ
ioseph qui illud de cruce ꝛ de terra
leuauit ꝛ in sepulcro locauit monit⁹
ꝛ instruct⁹ erat preceptis salutarib⁹
xp̄i. sicut fidelis discipulus eius. vñ
õ eo legitur in Marco. ꝛ ipse erat ex
pectans regnuz dei. Simul aũt eleuã
tur corpus ꝛ sanguis iaz consecrata
quia ipse Joseph ut aiunt quidaz si
mul corpus cũ sanguine in sepulcro
locauit. adhuc in ipsa eleuatione te
netur hostia cũ q̄tuor digitis. Cũ er
go expectemus ꝛ necesse habeamus
impetrare q̄tuor principaliter ꝑ me
rita passionis xp̄i. s. potestatē ꝯ dya
bolum. humilitatem contra mundũ
castitatē ꝯ corpus propriuz. ꝛ subie
ctionē ad dilectionē quo ad deuz et
ꝓximuz. iõ ad hoc representandum

merito cum quatuor principalibus digitis hostia tenet᷑. Quedā tñ ecclesie in tribus primis petitōnibus dominice orōnis tenent calicē eleuatuꝫ et nunc calicis eleuatio aliud significat prout ibi dicet᷑. ¶ In quibusdā etiā ecclesijs dum calix parū ab altari eleuatur. quidā puer stat ultim⁹ post subdyaconū habens cappam ex transuerso. ad designandū ꝙ caput .i. iudei expectantes messiam .i. xp̄m cū iam uenerit transuersū ē in caudā Quia uero nicodemus sepulto dño aduoluit saxum magnū ad hostium monumenti. ideo dyaconus sup os depositi calicis corporale deponit. dyaconus quoqꝫ calicem cū corporali inuoluens representat Joseph qui corpus dñi sindone munda inuoluit Rursus quia in pace factus est locus eius. dyaconus scōm morem quarūdam ecclesiarū mensam osculat᷑ altaris. ꝛ quia factus ē principatus sup humeruꝫ eius. osculat᷑ dextrū armuꝫ pontificis. ut i utroqꝫ significet xp̄m ꝛ quieuisse post mortem ꝛ uicisse p⁹ mortem. iuxta qḋ ipse predixit i pā. In pace in idip. dor. ꝛ requi. ꝛ alibi O mors ero mors tua mors⁹ ero infer̄ne. xp̄us eniꝫ p mortē triūphauit de morte. nam qꝛ factus ē obediens usqꝫ ad mortem mortem aūt crucis idcirco deus exaltauit illū ꝛc̄. hoc ipsum etiāꝫ significat ꝙ xp̄us sibi cruceꝫ super humeros baiulauit. Scd̄o dyaconus oscu'ando dextrā sacerdotis significat ꝙ uult esse particeps laboris. ut sit socius eterne retributionis. Tercio per hoc innuit ꝙ ioseph deponens corpus illud fuit osculat⁹ In quibusdaꝫ ecclesijs sacerdos hic etiam hostiam osculatur. innuens ꝙ nicodemus idē fecerit qḋ ioseph. uł potius p dñi passioneꝫ factā esse nostrā recōciliatiōꝫ. p⁹ osculū hui⁹ dyaconus retrocedit a facie sacerdotis representans mulieres sepulto dño a monumento recedentes.

De pater nr̄ ꝛ eius expositōe. R.

Secūdū eos q̄ dicūt ꝙ tcia pars misse q̄ dicit᷑ postulationes incipit hic oremus preceptis salutaribus ꝛc̄. ꝛ ꝙ durat usqꝫ ad collectas ¶ Hec pars cōtinet quiqꝫ clausulas. prima ē ipsa p̄fatio .s. orem⁹ preceptis. qḋ addidit btūs Gre. Scd̄a ē pater nr̄. Tercia libera nos q̄sumus dñe. ¶ Quarta pax dñi ¶ Quinta fiat cōmixtio ꝛc̄. ¶ Quia ergo ihes⁹ uoce magna clamabat. pater i manus tuas cōmēdo spūm meum. sacerdos ꝛ nō totus ꝑplus ꝓut greci faciunt eleuata uoce pronūciāt oremus p̄ceptis ꝛc̄. nō eni dicit᷑ sub silentio sꝫ palā. qꝛ ē de euangelio ad notandū ꝙ rex celoꝝ i noua lege loquebat᷑ ꝛ sine uelamine predicauit. ad hoc iō hec dñica orō ꝛ etiā credo in unū deū alta uoce dicūt᷑ ut oms illa dicāt ꝛ addiscant. alia etiā ratio posita ē sub ti. de predicatōe. Sꝫ tercia clausula .s. libera nos ꝛc̄. sub silētio dicitur. in signū ꝙ xp̄s interduꝫ a p̄dicatione siluit. aliter tñ ibi dicetur. sed ꝛ ꝓferens pater nr̄ ꝛc̄. Item sicut prius extendit ac sursū eleuat manus. primo eni dicens. preceptis salutaribus ꝛc̄. actus ioseph de q̇b⁹ in precedēti colūna dictū ē quos preceptis salutaribus monitos. ꝛ diuina institutiōe informatos gessit rep̄sentauit. qꝛ igit᷑ doctrina audiendo meditando ꝛ inquiete dicenda ē. v. q. iiij. in loco. ideo uerba ista depositis sup altare manibus ꝓtulit dicēs aūt pater nr̄ ꝛc̄. xp̄m populuꝫ orare dicentē rep̄ntat. Ideoqꝫ moysi orātis exemplo manus extendit ꝛ sursū eleuat ut feruorē cordis ꝛ rectā ad deū intentioneꝫ ondat. xxxvij. di. si quis uult. ¶ Rursus dicendo preceptis salutaribus ꝛc̄. calicē simul ꝛ hostiam

deponit ut premissum ē. Sane legal̄
pontifex regressus ad populuz laua
bat uestes. immūdus tñ erat usq̄ ad
uesperam sicut in prohemio hui⁹ p̄
tis dictum ē. sic ꝛ xp̄us qui intrauit
in sancta sanctoruz redit ad ecclesiaz
compatiendo ꝛ auxiliādo ꝛ lauat ue
stes suas. i. scōs mundificat. ꝛ tamen
usq̄ ad finem mundi mēbris eius ali
que macule adherent. Sacerdos etiā
redit ad populū q: dum rursus alta
uoce multiplicat preces foras exire
uidetur ꝛ precibus uelut aquis uesti
menta sua. i. pp̄lm lauat ꝛ mūdat et
tñ immūd⁹ iudicat̄. q: usq̄ ad mor
tez erit in oī homine q̄ lauet̄. oratu
rus ergo ꝛ ostēsurus se cām suā age
re corā deo ꝛ que quotidie petere d
beamus monet pp̄lm orare dicēs pa
ter nr̄ ꝛc̄. que oīo habet̄ mathe. vj.
c. fiducialiter enī orare possum⁹ ut
filij patrē quos ipse dñs ad sic oran
dum informauit. ꝛ ip̄e uice uniuersa
lis ecclesie quā rep̄sentat orat. ne tñ
sua auc̄te. ꝛ quasi presūptiue petere
uideatur premittit quasi loco prefa
tionis preceptis salutaribus ꝛc̄. Di
cit aūt preceptis ꝛ diuina institutō
ne. q: ꝛ dñs hanc oīonez instituit et
ap̄los sic orare p̄cepit. ꝛ extūc maxi
me prostrati orare debemus usq̄ in
finem dñice oīonis saltem in p̄festis
diebus in festiuis uero stantes. Tres
aūt articuli sequentes. s. preceptis sa
lutaribus. pater nr̄. ꝛ libera nos. sig
nificāt tres dies dñice sepulture. iōq̄
ꝛ hijs dūtaxat utimur in parasceue.

¶ In q̄busdā ecclesijs dū sacerdos
dicit pat̄ nr̄ a dyacono et dū prelat⁹
dat benedictionē solemnez p⁹ pater
nr̄ manus eius a dyacono ꝛ sacerdo
te sustentant̄. in quo representatur
q̄ hur ꝛ aaron sustentabant manus
moysi orātis. de quo sub ti. ō oīone
dictū ē. Btūs Gre. oīoz dñicā p⁹ ca
nonē sup hostiaz censuit recitari asse
rens in registro incōgruū esse ut sup
eucharistiā diceret̄ oīo quā scolasti
cus cōposuerat ꝛ illa omitteret̄ quā
dñs ipse dictauerat ꝛ ap̄li dicere cō
sueuerant. ꝛ cantat̄ apud grecos a
toto populo sed apud nos a solo sa
cerdote. ¶ Illud aūt notādū est q̄
hec oīo ceteras oratōnes p̄pter q̄tu
or antecellit. s. auctoritate doctoris
Breuitate sermonis. Sufficientia pe
titionū. ꝛ fecunditate misteriorum.
Auc̄te doctoris. q: fuit ipsius salua
toris ap̄los orare docentis ore pla
ta. ꝛ inde dicit̄ oīo dñica. Breuitate
sermonis. q: facile discitur ꝛ p̄fert̄.
iux̄ illud cū oratis nolite multū loq̄
ꝛc̄. Sufficientia petitōnū q̄m uitusq̄
uite necessaria ↄtinet. fecūditate mi
steriorū q: immensa continet sacra.

¶ Uerū licet dñs sciat q̄d uelimus
uult tñ nos orare uocaliter propter
multa. primo pro excitanda deuoti
one. q: q̄d facit flatus carboni hoc
facit pronūciatio deuotioni. vñ ad
ip̄m ore meo clāui ꝛ exaltaui sb̄ lingua
mea. Scd̄o p̄ aliorū instructione ut
coruina cortinaz trahat ꝛ qui audit
dicat ueni. ex̄ ō sacra un. e. unico. un
de luceat lux vr̄a coram hominibus
Tercio p̄ lingue obsequio ut q̄ ling
ua peccamus lingua satisfaciamus.
unde. sicut exhibuistis membra ur̄a
seruire iniq̄tati ad iniquitatē. ita ex
hibete ea seruire iusticie i sacrificatō
nem. xlvij. di. oēs. Quarto p̄ rei pe
tende cōmemoratione. q: facil⁹ ob
tinetur q̄d instātius postulat̄. ō pe.
di. i. importuna. xliij. di. sit rector. in
fi. ¶ Unde petite ꝛ accipietis pulsate
ꝛ aperietur uobis. ¶ Quinto p̄ impe
trate rei custodia. q: q̄d sepius req̄
rit̄ diligentius custodit̄. unde tene
q̄d habes ne alius accipiat coronaz
tuā. ¶ Sane in hac oīone oratur p̄
bonis adipiscendis ꝛ p̄ malis uitan
dis. p̄ bonis tempalibus sp̄ūalibus
ꝛ eternis. p̄ malis p̄teritis p̄ntib⁹ ꝛ
futuris. ō bonis et̄nis dicit̄. adueniat

regnum tuū. de bonis spiritualibus
fiat uoluntas tua sicut in celo ꝛ i ter
ra. de temporalibus. panē nr̄m quo
tidianū da nobis hodie. eterna petū
tur in premium. spūalia in meritum
tpalia in sustentationē. De malis ꝑ
teritis dimitte nobis debita nr̄a ꝛc.
de presentibus. sed libera nos a ma
lo. de futuris. ꝛ ne nos inducas ꝛc.
preterita sunt dolenda. pn̄tia sūt ui
tanda. futura sunt precauēda. ¶ Sep
tem sūt oīonis dn̄ice petitiones pre
ter captionē beniuolētie q̄ significāt
septem uerba in xp̄i cruce. pmū fu
it. pater ignosce illis. scdm ecce muli
er filius tuus. terciū ecce mater tua.
quartū hodie mecum eris in paradi
so. quintū hely hely. sextū pater in
manus tuas. septimū consumatū ē
Uel significant septē uerba q̄ tm̄ be
ata uirgo legit̄ de xp̄o dixisse. pmū
fuit discretōnis. qūo fiet istud. scdm
humilitatis. ecce ancilla dn̄i. terciū
salutationis. ecce ut facta ē uox salu
tatōnis in auribus meis. quartū gra
tiarum actionis. magnificat aīa mea
do. quintū compassionis. fili uinum
non habent. sextū instructionis. qd
cūq3 dixerit uobis facite. septimum
amoris. fili quid fecisti nobis. sic ꝑ
ma autem petitō ē. sanctificet̄ nomē
tuū. scda. adueniat regnum tuū. ter
cia fiat uoluntas tua. quarta panem
nr̄m quotidianū. quinta ꝛ dimitte
nobis debita nr̄a. sexta ꝛ ne nos idu
cas in temptationē. septima libera
nos a malo. Et hee septē petitōnes
fm aplm septem postulatōnes dicū
tur. quaꝝ prime tres spectant ad ui
tam eternam siue ad patriā. ꝛ ideo
sacerdos in quibusdā locis eleuato
calice dicit eas ꝛ prefationē ꝑceptis
salutaribus ꝛc. Dicēs uero sicut i ce
lo parum magis eleuat illū. ꝛ dicēs
ꝛ in terra illum deponit. ¶ Tres ul
time ad presentem uitam siue ad ui
am pertinent. ꝛ iō deposito calice di

cit eas. media uero. s. panem nr̄m ꝛc
pertinent ad utrunq3. porro tres ꝑ
me succedunt ordine tēporis sed ꝑ
cedunt ordine dignitatis. Tres ultīe
succedunt ordine dignitatis sed pre
cedunt ordine tēporis. Duplex igit̄
ordo est in dominica oratione notā
dus. unus in ascendendo qui cōuenit
cū uirtutibus. alter in descendēdo q̄
concordat cū donis. Dona nāq3 de
summis ad ima descendunt. unde re
quiescet super eum spiritus sapiētie
ꝛ intellectus ꝛc. Uirtutes uo ab imis
ad summa conscendūt vn̄ beati pau
peres spū qm̄ ipsorum ē regnum ce
lorum. beati mites ꝛc. nempe dn̄s in
oratione ipsa secutus ē ordinem dig
nitatis qui est artificialis ut a maio
ribus ad minora descendere. sed do
ctores in illius expositōne sequūtur
ordinē temporis qui ē naturalis ut
de minoribus ad maiora. i. de tēpo
ralibus ad eterna conscendant. quē
modū seruabimus exponendo. Et
fit hic adaptatio septem petitionū
septem uirtutum. septem donorum
spūs sancti. ꝛ septem beatitudinum
contra septem uicia capitalia. septē
uirtutibus opposita. Nā dona petiti
onibus. uirtutes donis. ꝛ beatitudi
nes uirtutibus obtinent̄. ¶ Septē
dona sunt hec. sapientia. intellectus
concilium. fortitudo. scientia pietas
ꝛ timor. de quibus dicit propheta
requiescet sup eū spūs sapientie ꝛ in
tellectus spūs concilij ꝛ fortitudinis
spūs sciētie ꝛ pietatis. ꝛ replebit eū
spūs timoris dn̄i. Septem uo uirtu
tes sunt hee. paupertas spūs. mā sue
tudo luctꝰ. esuries iusticie. misericor
dia. mundicia cordis. ꝛ pax. Septē
quoq3 beatitudines sunt iste. regnū
celorū. possessio terre. consolatio. sa
turitas misericordie. cōsecutio. uisio
dei. filiatio dei. de quibus cōuictim
dn̄s ait. de prima. Beati paupes spū
qm̄ ipsoꝝ ē regnū celoꝝ. de secunda

beati mites qm̄ ipsi possidebūt t̄rā De tercia. beati q̄ lugent qm̄ ipsi cō solabunt̄ . de quarta . beati qui esu riunt ⁊ sitiut iusticiaȝ . qm̄ ipsi satu rabuntur. de quinta. beati misericor des qm̄ ipsi misericordiā cōsequent̄ de sexta . beati mundo corde qm̄ ip si deū uidebūt. de septima. beati pa cifici qm̄ filii dei uocabūt̄. ¶ Septē uero uicia capitalia sunt. Inanis glo ria siue superbia. Ira. Inuidia. Acci dia. Auaricia. Gula . ⁊ Luxuria. que significata fuerūt in septē populis q̄ terrā israhel promissā tenebāt. uide licet. etheus. iezeris. amorreus. cana neus. ferezeus. eueus . ⁊ iebuse᷒. ¶ Ho mo igit̄ ē egrotus deus medicus. ui cia sunt languores . petitiones sunt planctus . dona sunt antidota. uirtu tes sunt sanitates . beatitudines sūt felicitates ⁊ gaudia. Hec septē uicia per septem petitōnes huius fugant̄ oꝛonis ꝑut inferius ostēdet̄. ¶ Ad orationis ergo ipsius expositionē ue niamus. Et nota ꝙ in quibusdaȝ ec clesijs dū hee septeȝ petitiones dicū tur dyaconus stat inclinatus cōmuni onē expectās in quo significat aplos qui post mortē dn̄i ꝑ septē ebdomo das cōfirmationē spūs expectauerūt subdyaconus uero q̇escit. q̇a mulie res i sabbato q̄ ē dies septia siluerūt

Pater noster ⁊c. ordinē tem poris ut premissuȝ ē i hui᷒ orationis expositione fuā tes a fine eius iniciū sumamus ꝟsus principiū ordine retrogrado ꝓcedē do . si quidē homo multis malis cir cumdatis. ꝑmo petit liberari a ma lo. qꝛ uero sine temptatione uita ho minis nō ē super terrā. iō liberatus a malo petit ut in temptatōnē nō idu cat̄. ⁊ qꝛ dū in hac uita cōsistit sem per ē in quocūqꝫ peccato. nā si dixe rimus qꝛ peccatū nō habemus . ueri tas in nobis nō ē. iō petit ut debita i. peccata sibi dimittant̄. Cū aūt fu erit liberat᷒ a malo cū uicerit temp tationes cū debita fuerit ei dimissa qꝛ qui per se stare nō pōt necessarius ē ei spūs fortitudinis ne premiuȝ ex pectando deficiat. iōqꝫ petit ut pais cotidianus sibi donet̄. deinde cū fu erit liberatus a malis ⁊ roboratus in bonis. petit ut fiat uolūtas dei sicut in celo ⁊ in terra . ⁊ qm̄ ꝑmissa i hac uita ꝑfecte fieri non possent moꝝ pe tit ut regnuȝ adueniat in quo nomē patris sanctificetur in celis ut nunq̄ decetero possit a sanctificatiois gr̄a separi. ¶ Postq̄ petitionū cōtinua tionē premisimus moꝝ ad coꝝ expo sitionem ueniamus . prenotandū tn̄ ē ꝙ illud qđ in oratōne premittitur uidelicet pater noster qui es in celis captatio beniuolētie ē ut iam dicet̄. Nempe pater grece dicit̄ genitor la tine. ⁊ dicitur deus pater a patrādo siue perficiendo . qꝛ per eū oīa facta sunt. Deus aūt ⁊ generaliter ⁊ speci aliter ⁊ singulariter . et dicit̄ pr̄ Ge neraliter omniū per creatione. Spe cialiter iustorū per adoptionē. Sin gulariter xp̄i per generationem. per creationem ut ibi. flecto genua mea ad te deū patrē omnipotentē a quo omnia paternitas in celo ⁊ in t̄ra no minatur. per adoptionē ut ibi. si uos cū sitis mali nostis bona data dare filijs uestris. q̄tomagis pater ur̄ de celo dabit uobis spūm bonuȝ peten tibus se. per generationem. ut ibi. ne mo nouit filiū nisi pater. ⁊ nemo pa trē nisi filius ⁊ cui uoluerit filius re uelare. et per hoc qđ dicit pater nr̄ q̇ es in celis. dehortat̄ nos a duob᷒ uidelicet a superbia ne dicamus pa ter mi . quasi reputantes proprium quod est cōe . ⁊ ab indignitate. s. ne reddamur indigni tanto patre q̇ cō sistit in celis . deus enī solius xp̄i pa ter est per naturā cui soli cōpetit di cere pater mi . Fideliū aūt ē pater ꝑ

gracíam quibus competit dicere pa
ter noster. ille dicit pater mi si possi
bile est transfer a me calicē hunc. Isti
dicūt pater nr̄ qui es in celis sācifice
tur nomē tuū. ꝛ ipsemet dicit. uado
ad patrē meū ꝛ ad prēm uestrū. meū
quidem per naturā. uestrū ꝑ graciaꝫ
Hortatur etiā nos per hec ad duo. s.
ad seruandū graciaꝫ adoptionis. cū
dicit pater. ꝛ unionem fraternitatis
cū ait noster. Rursū per hec ꝙ dicit
pater qḋ ē nomē piū notat̄ bonitas
eius ꝛ ecclesie deuotio q̄ ipsū patreꝫ
appellat. ꝑ hoc uero ꝙ dicit noster
ostenditur dilatio caritatis. ꝑ hoc
ꝙ dicit in celis. in sanctis quoruꝫ cō
uersatio a fece mundi remota est dei
pietas designatur. quia igit̄ captatō
beniuolentie in hac oratione preter
mittitur. Sciendum ꝙ beniuolentia
captatur a tribus. s. a persona cogni
toris. petitoris ꝛ assessorꝫ. Cognitor
est deus. petitor ē homo. assessor est
angelus. A persona cognitoris cum
ait. pr̄. petitoris cū ait nr̄. assessoris
cū ait. qui es in celis. i. in angelis ut
in sanctis. ḋ quibus habet̄. celi enar
rant gloriā dei. Unde spes nobis re
tribuitur ut scōs nos faciat. uel i ce
lis. i. i secreto maiestatis diuine. per
qḋ datur fiducia obtinendi bonum
occultū qḋ oculus non uidit nec au
ris audiuit. nec in cor hominis ascē
dit. Dat ergo fiduciā impetrādi bo
num unde non dicit̄ dn̄e cui seruit̄
timore. sed pater cui seruitur amore
q. d. qi pater es uis. quia in celis es
potes. ergo libera nos a malo. Et nō
ꝙ celū dicit̄ a celando. qi celat diui
na secreta. uel a celsitudine. quia alti
us ē terrenis reb⁹. Sed libera nos a
malo. Triplex ē malū a quo petim⁹
liberari. innatum additū. ꝛ inflictuꝫ
Pmū contrahit̄. s. originale. Scōm
cōmittit̄. s. actuale. Terciū sustinem⁹
s. penale. Malum aūt uitamus ꝑ spi
ritum timoris. Nā ut inquit scriptu
ra. timor dn̄i expellit peccatū. Porro
triplex ē timor quo cessamus a malo
seruilis. inicialis. ꝛ filialis. Timore s̄
uili cessam⁹ a malo formidine pene
Timore filiali cessamus a malo amo
re iusticie. Iniciali timore cessamus a
malo partim formidine pene. ꝑtim
amore iusticie. Seruilis timor ē inci
pientium. Inicialis proficientiū. fi
lialis perficientiū. ❡ Dicit ergo sed li
bera nos a malo. q. d. da nobis spi
ritū timoris ꝛ paupertatē spūs ut ꝑ
spiritū timoris uitemus mala. ꝑ pau
pertatē spūs abdicemus bona qtūs
exclusis uicijs ꝛ contemptis terrenis
habeamus eterna. s. regnū celorum
quod lucifer ꝛ primi parentes ꝑ ina
nem gloriā siue superbiam amiserūt
Per hoc ergo ꝙ se humilando petit
liberari a malo. quod fit per donuꝫ
timoris fugat̄ superbia q̄ opponitur
timori. ꝛ sic finis orōnis cōcordat cū
principio ubi ab huilitate cōtra sup
biam incepit ut premissū ē. ❡ Et ne
nos inducas in temptationeꝫ. s. dya
bolicam. Nota ꝙ temptat nos de⁹
temptat homo. temptat dyabolus.
Deus temptet ut probet. homo ut
sciat. dyabolus ut fallat. De primo
legit̄. temptauit deus abrahā. de se
cundo. tempta nos obsecro diebus
decem. de tercio. cur sathanas temp
tauit cor tuū. ❡ Porro duob⁹ mo
dis temptamur interius. per delecta
tionem. ꝛ exterius per suggestionem
Interior temptatio parū efficit. Ex
terior multū proficit si nō cōsentiat̄
sed resistatur. Scriptū ē eni temptа
tio uos nō apprehendat nisi humana
Rursus. beatus uir qui suffert tēpta
tionem qi cū probatus fuerit accipi
et coronā uite. Cū ergo circa consen
sum temptam⁹ ducimur in tempta
tionem. cū consentimus in temptati
onem inducimus sicut piscis an cap
turam ducitur i rethe. Cū autē indu
citur capitur ꝛ tenet̄. tūc impletur

qȯ Ja. aplus ait . temptat aũt unus quisq; a concupiscentia sua mala ab stractus ⁊ illectus . Deinde concupi scentia cũ conceperit parit peccatuz peccatũ uero cũ cõsumatuz fuerit ge nerat mortẽ. Uerũ cũ idem aplus di cat q: deus ẽ interpretator maloruz ¶ Quid ẽ qȯ petimus ne deus nos inducat in temptatõz. Sz sciẽdũ ẽ ꝙ deus quodãmȯ tẽptat . ⁊ quodãmȯ non temptat ut ꝓbet iux̃ illud. ꝓba me deus ⁊ tẽpta me. nȯ tẽptat ñ fal lat . iux̃ illud. deus neminẽ temptat petimus ergo ne nos deus ĩ tẽptatȯ nẽ inducat. i. ne permittat induci. q: sicut dicit non ẽ malũ in ciuitate qȯ deus non faciat. i. ꝙ fieri ñ ꝑmittat Scriptum ẽ eni . fidelis deus q̇ non patit nos temptari supra id qȯ po testis. q̃si dicamus da nobis spiritũ pietatis ⁊ mansuetudinẽ spũs sui ut ꝑ spũm pietatis uincamus tẽptatio nes exercẽdo nos ad pietatẽ ⁊ ꝑ mã suetudinẽ spũs uincamus irã nȯ red dendo malũ ꝑ malo. uincam⁹ etiam inuidia q̇ opponit pietati. ut ita pos sideamus terrã uiuentiũ q̃ ꝑ spiritũ pietatis . ⁊ ꝑ mansuetudinẽ spũs ob tinebimus. nã pietas ꝓmissionẽ hz uite q̇ nunc ẽ ⁊ future. ⁊ beati mites qm̃ ipsi possidebũt terraz. unde ps̃. mansueti possidebũt terrã ⁊ delecta bũt ĩ multitudine pacis. ¶ Dimit te nobis debita nr̃a ⁊c̃. debita dicũ tur peccata que nos debitores pene cõstituũt. nȯ eni hic agit de debitis pniarum sz offensarũ. Tria aũt sunt debita q̃ petimus nobis dimitti. s. peccatũ in deũ. peccatũ in ꝓximum ⁊ peccatũ in nos. unde peccauimus cũ pr̃ibus nr̃is iniuste egimus iniq tatẽ fecimus. peccauimus cũ pr̃ibus nr̃is in deũ. iniuste egimus ĩ ꝓximuz Jniquitatẽ fecimus in nosmetipsos. Et q: peccauimus in deũ iȯ petimus ut ipse dimittat nobis debita nr̃a. q: peccauimus in nos. iȯ petimus ut

appellat que superne iherusalē tipū obtinet ꝛ spē repñtat de qua dicit in hodierna epla. Illa q̄ sursū ē ihe rusalē libera ē q̄ ē mater nr̄a in qua xp̄m angeli sācti ꝛ beate aīe cōtēplā tur. ad quā merito dicit. Letare ihe rusalē ꝛ cōuētū facite oēs q̇ diligitis eam. q. d. uos catholici non heretici Differt autē hodierna statio ab illa q̄ fit ibidē in scḋa dñica aduent⁹. qꝛ illa future beatitudinis ē ānunciatio hec q̄si presentia cōtēplatio. vn̄ ꝛ fe stiuius agit qꝛ spei nr̄e festiuitas est hac etiā die xp̄ianus coronat Impa tor ut semp corona supne ihrl̄m me ditet. Dauid ter in regē unctus ē ut dicet sub dñica post ascēsionez. hec ergo domica priuilegiata ē qꝛ repre sentat licentiā redeundi de seruitute ad libertatē pp̄lo israhelitico ↄcessaz ꝛ leticiā ex hoc habitā.

De scḋa feria. R.

SEcūda feria est de iudicio vnde in epl̄a. Uenerūt due ꝛc. iij. Reg. iij. c. agit de iu dicio salomonis duabus mulieribus de puero cōtendentibus. extra de p̄ sump. c. i. mulier una q̄ dixit ꝙ diui dat puer. ē sinagoga q̇ diuidi cona ta ē puerū ihesū. alia mulier q̄ dicit det ei infans uiuus. est ecclesia. vn̄ in respōsorio petit hec mulier pueꝝ Esto mihi i deū protectorez. i. petit sibi dari xp̄m. Euāgeliū. Prope erat Jo. ij. c. similiter est de eiectione uen dentiū. ꝛ de iudicio ibi habet ꝙ nō credebat se ihes⁹ eis qꝛ nixi sūt eū in terficere. postea sequit de passione sua. soluite. i. soluetis templū hoc ꝛ in triduo excitabo illud. sciebat eni qḋ facturi erant. quia uero ex passio ne dñi omne gaudiū. iō in offertorio cantat ecclesia. Jubilate. In introitu autē petit iudicari. sed p̄us petit mi sericordiā. Deus i noie tuo saluum me fac. s. p misericordiā ꝛ in uirtute tua iudica me. ꝛ est quarti toni. qꝛ ibi habet. ab insurgentibus in me libera me. i. ab inimicis q̇ quatuor modis sicut dictuz ē sub domica In surgūt ↄ nos. ꝛ iō sicut domica fuit de misericordia. ita scḋa feria ē ḋ iu sticia.

¶ De tercia feria Rica.

TErcia domica est ḋ oīone i. de efficatia oīonis que. s. fit salua iusticia: qḋ osten dit in epl̄a. Locutus est ꝛc. q̄ ē exo. xxxij. c. ubi sequitur. dimitte me ut deleā eū. ꝛ moyses orauit pro pp̄lo ꝛ dñs dimisit peccatū. salua tñ iusti cia. qꝛ reseruauit sibi uindictā. vnde ꝛ si propt̄ illud peccatuz qḋ cōmise rūt in xp̄m precipue puniāt. tamen ꝛ propt̄ illud qḋ cōmiserūt tūc scili cet adorando uitulū. vnde dicit do minus i euāgelio. Implete mensurā patrū uestrorū ¶ Quia ḋo tā efficax est oīatō. iō in introitu dicit ecclesia Exaudi orationez meā ꝛc. ṽsus. Con tristatus sum in exercitatione mea. Cōtristatus enim fuit pro dilatione patrie ꝛ incolatu miserie. qꝛ uero ex ercitatio xp̄iani est i cohertōne a pe tulantia ꝛ lasciuia quinqꝫ sensuū. id circo quito tono resonat hūc introi tū ecclesia. Et sequit epistola. Locu tus est ꝛc. in qua sicut dictū est impe trauit moyses dimissionem peccati salua iusticia. ꝛ ut filij eorū mereren tur intrare terraz promissionis. ideo in responsorio orat ecclesia ut mere atur ipsā ipetrare filijs suis ut ītrāt in terram promissionis licet adora uerunt uitulum cōflatilem. i. uenera ti sūt lasciuiā ꝛ pompā mundi dicēs Exurge dñe fer opē nobis. ꝛ ṽs⁹. De us auribus nostris audiuimus qm̄ tu liberasti nos ꝛ cōdonasti eis filiē ꝛ fac nobis sp̄ualit. postmodū seq̄ tur euāgeliū. Jaz die festo. Jo. vij. c. de obstinatōne iudeoꝝ qui dicebāt

qũo hic litteras scit cuȝ non didicit ⁊ dixit dñs .moyses dedit uobis legẽ ⁊ uos interficere uultis .q.d.contra legẽ uestrã uultis facere ⁊ facitis Et dixerũt.demonium habes . ecce qũo obstinati fuerũt . ⁊ hoc ẽ qḋ in epl'a habetur. Recesserũt cito a uia quã ostendisti eis .ecclesia ỽo.ostendens se nõ cõsentire peccatis dicit i offertorio. Expectãs expectaui dñm ostendens se expectare xp̄m usq; ad finẽ ⁊ q² bene expectat quia lasciuia quinq; sensuũ abstinet .iõ quinti toni ẽ. Per hanc aũt reducitur nouus pp̄ľus in terrã promissionis .Unõ sequitur postcõio .Letabimur in salutari tuo .⁊ ẽ p̄mi toni .q² oĩa leticia a deo ẽ.

¶ De quarta feria Rica.

SEquitur quarta feria que ẽ cathecizandorũ q² ea die ducũtur ad ecclesiaȝ cathecũminiȝ ⁊ cathecizantur.i.instruũť ⁊ hoc ẽ terciũ scrutiniũ ut iaȝ diceť ut aũt seruiamus cõsuetudini ecclie ytalie que scrutinij solemnitatẽ obs̄uat ⁊ iuribus de illa loquentibus et q² etiã quedã de hijs q̄ de illo fiunt ubiq; in baptiȝãdo seruãtur. iõ aliq̄ de illo dicamus uidelicet q̇d sit scrutiniũ ⁊ vnde dicatur ⁊ vñ originem traxit .qñ ⁊ quotiens ⁊ q̄re i tp̄ibus statutis fiat. quid in eo fiat usq; ad exorcismũ.⁊ quid in exorcismo usq; ad ecclesie ingressũ.⁊ quid ab ipo ingressu usq; ad finẽ .⁊ quare hec omnia fiãt . subseq̄ũter uero ȯ officio misse hui⁹ diei dicem⁹. ¶ Scrutinium nihil aliud ẽ q̄ȝ fidei ⁊ religionis xp̄iane inquisitio .est eni quoddam iter seu preparatio ad baptismũ .et diciť a scrutando.i.inquirẽdo q² fidei religionis inquisitio fit in eo.vñ originẽ traxerit iã diceť. ¶ Incipit aũt fieri scrutiniuȝ i quarta feria tercie ebdomade q̄dragesime . sȝ i hac quarta fit solemne .fiebãt eni in primitiua eccľia septẽ scrutinia.duo.s.i q̄rta feria ⁊ sabbato tercie ebdomade. ⁊ duo in hac quarta feria ⁊ sabbato hui⁹ quarte ebdomade.⁊ duo i q̄rta feria. ⁊ sabbato quinte ebdomade.⁊ unũ i quarta feria ultime ebdomade .in quibus adulti qui uẽturi erant ad baptismũ docebanť oĩonẽ dominicã ⁊ simbolũ baptiȝandi ut in sequẽti tũc sabbato i quo baptiȝandi erãt utrũq; ante baptismum scirẽt. ⁊ adhuc hodie i quibusdã ecclesijs septẽ fiũt scrutinia proptẽ septiformẽ gr̄am spũs sancti . Sȝ terciũ uidelicet hac die solemnissimũ.et in omibus ecclesijs ordinẽ rõnũ sequẽtibus i quolibet scrutinio diciť missa scrutinij uidelicet.dũ sanctificat⁹ fuero.de qua iã diceť .dicũtur etiaȝ proprie collecte ꝓ cathecuminis ut Omnipotẽs sempiterne deus ecclesiaȝ tuã .Itẽ remediũ ⁊c̃. ¶ Sȝ q̇ritur q̄re terciũ scrutiniũ fit solẽne ⁊ nõ p̄mũ nec scḋm . Rñdetur ad notandũ q; nec prima etas.i.ifantia.nec scḋa i.puericia ita apta ẽ fruitio dei.sicut illa i qua maxie discretio boni ⁊ mali haberi incipit ⁊ in q̄ ꝯ carnẽ pugnatur. ¶ Inõ ẽ etiã q; nõ prima tribus.i.tribus iude.nec scḋa.i.tribus simeon .sȝ tercia.i.leuitica sacrificijs dñi ẽ deputata. Sȝ nec in p̄mo libro penthateuci nec in scḋo agitur de sacrificijs .sed in tercia ꝑut dictũ ẽ in precedenti dñica . Fit aũt scrutiniũ in hac octaua ebdomada a septuagesima.q² dum iudei fuerunt in babilonica captiuitate mixti fuerũt inter eos quidaȝ de gentibus . Unõ post eorum reditum ignorabatur de pluribus utrũ essent iudei uľ nõ. quidã etiã dicebant se fore de leuitica tribu qui nõ erant.⁊ se sacerdotes qui nõ erãt . ideoq; Esdras ⁊ alij sapientes genelogias diligenter scrutati sunt et iudeos a gentilibus . et leuitas

a nō leuitis segregauerūt. ita ⁊ nos i hac septima ebdomada q̄ finē illius septuagesime babilonice captiuitatꝭ significat. scrutiniū facim⁹ ut credētes ab incredulis segregemus quos i sacrosancta solemnitate redēptōnis nr̄e ex aq̄ ⁊ spū scō renouemus. Non eni i primitiua eccl'ia alio tp̄e baptisma celebrat᷑ nisi forte mortis p̄icl'o imminente. Omnis igit᷑ ecclesie ꝑles quā ꝑ anni circulū uerbi ꝑp̄l'o generabat᷑ hac die noīe sua dabāt i q̄b⁹ perscrutandū erat ne q̄ radix amaritudinis inesset ut i hereticis ne prius illis scā darent᷑ q̄ꝫ xp̄iana fides in eorū mentib⁹ fixisset. i. q. vij. quotiens de con. di. ii. ego. vn̄ nomibus datis q̄libet eorū ꝑ dies sequētes usq̄ꝫ ad pasca fidei regulā audiebat. ⁊ sic lactatus ⁊ grandescens i plenilunio. i. in baptismo plena fide simbolū reddens xp̄o i baptismo cōmoriebat᷑ ⁊ resurgebat. ¶ Porro in hac q̄rta feria fit scrutiniū propt̄ multa. Primo q꞉ ipsa prefigurata ē a q̄rta seculi etate q̄ fuit a dauid usq̄ꝫ ad trāsmigrationē babilonis i q̄ nō solū iudee gētis inchoatū ē imperiū. uerū etiā xp̄i ⁊ xp̄ianorū regnuꝫ ex premissione assūpsit exordiū. iurante dn̄o dauid. ď fructu uentris tui ponā sup sedē tuā Ideoq̄ꝫ merito in hac feria cathecumini ad xp̄i nomē accedūt ⁊ xp̄iana religio in ea initiū capit. Scd̄o q꞉ sicut in q̄rta feria stelle create sūt ⁊ in celo soli ⁊ lune cōiūcte. ita ⁊ fideles hodie cōcipiūt᷑ q̄ xp̄o soli ⁊ ecclesie lune cōiungūtur. ⁊ i celo. i. i p̄ris regno iā splendēt in spe ⁊ in futuro splēdebunt in re. Tercio q꞉ sicut in q̄rta etate edificatū est templū dn̄i ꝑ salomoneꝫ. sic ⁊ in hac quarta feria p̄paramus baptizādos ut sint tēplū dn̄o Quarto q꞉ i quarta feria incepit nostra redemptio in quia proditus est dn̄s a iuda ut pro redimēda ecclesia moreretur. iō i quarta feria ista preparātur ut effectū percipiāt redēptionis. Quinto q꞉ agnus uigintiquatuor diebus obseruabat᷑ ⁊ preparabat᷑ ⁊ luna quintadecia ymolabat᷑ decet ut ecclesia noua soboles q̄ ad cōmorienduꝫ xp̄o i baptismo preparet᷑ diebus q̄ndeci anteriori ieiunio spūaliter saginata etati lune q̄ illā exequet᷑. Sexto q꞉ quarta hoīs etas. s. iuuētus per q̄rtā feriā significata apta ē prelijs ⁊ gubernaculo imperij ⁊ iō cathecumini p̄parāt᷑ in q̄rta feria ad preliū ꝯ dyabolū ⁊ ad regnum ⁊ impiū regni dei. hoc aūt ordie scrutinia celebrāt᷑ q̄m a p̄ncipio usq̄ꝫ ad exorcismū hec fiunt. Primo quideꝫ fit nominū baptizandorū ꝑ acolitū descriptio ⁊ eoruꝫ per noīa in eccl'ia uocatio. Scd̄o masculorū ad dextrā feminarū ad sinistrā ad ianuā eccl'ie ubi fidē petunt deductio. Tercio ꝑ exorcistaꝫ gemina interrogatio. una de renūtiatione dyaboli. alia ꝺ fide xp̄i. Quarto demonis exsufflatio. Quinto crucis in frōte expssio. Sexto dicitur oīo. Septimo fit i ore salis impositio. Qď igit᷑ noīa ꝑ acolitū scribūtur ex quo ipse etiā notari⁹ dictus ē. significat ꝙ noīa fideliū in libro uite scripta sunt. Qď noīatim uocantur. significat uocationē fideliū ad uitā eternā. Ceterū ianua xp̄s ē ducūt᷑ igit᷑ credituri ad ianuaꝫ. i. ad xp̄m q̄ de seipso dicit. Ego sum hostium si quis per me introierit saluabitur. Qď uero masculi ponūt᷑ a dextra ⁊ femine a sinistra. designat ꝙ uiriliter agētes a dextris ⁊ effeminati a sinistris in iudicio statuentur Qď abrenuntiant dyabolo per h̄ se a iugo eius cui ex originali sunt obnoxii subtrahuntur. per hoc eniꝫ ꝙ fideꝫ christi confitentur iugo xp̄i se subiciūt. demonis efflatio ē potestatis eius debilitatio ¶ Crux que imp̄mitur fronti est uexillum nostrum quo dyabolū uincimus nō fit aliud

signuʒ nisi crux ut in hoc solo signo dyabolus sciens se esse uictū cōtremescat ꝛ fugiat. Fit aūt in sede pudoris .i. frōte ne erubescat fidelis cōfiteri dn̄m suū esse crucifixū. oīo ꝯ dyabolū ē munitio. Sal i ore ē positio sapientie condimentū. hec plenius dicta sūt i pte pma sub ti. de vnctionibus ꝛ dicet sub sabbato scō. Nūc dicenda sūt q̄ ab exorcismo usq̄ ad igressū eccl'ie fiūt. primo dyabolus exorcisatur ꝛ ter repetunt ṽba illa. audi maledicte dyabole ꝛc̄. Scđo ponūt masculi seorsū. Tercio ad monitiōꝫ dyaconi capita iclināt cathecumini ꝛ sup eos oīo dn̄ica ꝛ simbolum dr̄.

¶ Quarto a sacerdote aures et nares eorum saliua tangūtur. Quinto ab acolito illuminātur. Sexto a dyacono euāgeliū sup eos dicit. Septimo p hostiariū i ecclesiā introducuntur. Primo ergo exorcizatur dyabolus .i. adiurat ut a fidelibus recedat ter repetūtur illa ṽba. audi maledicte dyabole ꝛc̄. qi i ꝯfessione trinitatꝫ dyabolo resistit. seorsū masculis ꝛ seorsū feminis fit exorcismus qꝛ maioribus maiora minoribus minora sūt preponēda. Qđ admonitiōe dyaconi capita iclināt significat ꝙ cū deo cōicaturi acclamāte dyacono capita inclinabāt. ꝛ hec oīo p cōione habetur. Qđ simbolū ꝛ oīoꝫ dn̄icam sacerdos sup capita eoruꝫ dicit. notat ꝙ templū dn̄i ꝯ dyabolū munit aures ꝛ nares saliua tāgit ut doctrinaꝫ de ore predicatoris procedentem fideles libenter audiant ꝛ ipsa eis bn̄ redoleat quoadusq̄ spūm habeāt i naribus q̄diu uiuūt. ipso ꝑ illuiatio ē tenebrarū ignorātie ꝛ peccati p lumē intelligentie effugatio. Euāgeliū qđ sup eos dr̄ est doctrina saluatorꝭ qꝛ instruūtur. Deide p hostiariū introducūtur. qꝛ post impletionē euāgelii per hostiariū .i. p spūm sāctū in celestē patriā introducūt. Post hec dicenda sūt ea q̄ ab ingressu ecclesie usq̄ ad missā fiūt. Pmo masculi ad austrū statuūtur. femie ad aquilonē inde q̄tuor lectiones sup eos legunt ꝛ q̄tuor inicia euāgelioꝝ. deīnđ duo unus masculus ꝛ una femina i sāctuariū ab acoliꝭ portātur. post simbolū grece super masculos. latie sup feminas dr̄. hijs pactis ecclesiā ingrediūtur ꝛ sic missa cantatur. Qđ aūt masculi ad austrū ꝛ femie ad aquilonē statuuntur significat ꝙ fortiores hostibus temptatōnū obiciendi sūt ꝛ debiliores huiliter sūt erudiendi. Qđ q̄tuor lectiones sup eos legunt significat doctrinā q̄tuor euāgelioꝝ q̄ istruūtur ut stati q̄tuor initia euāgeliorū super eos q̄si congreget eos a q̄tuor ptibus orbis.

¶ Qđ un⁹ masculus ꝛ una femina portātur i sacrariū significat ꝙ đ utroq̄ sexu fideles ascendūt in celū. sed nō ascendūt nisi unus .i. in unitate ecclesie cōstitut⁹ sicut ꝛ in probatica piscina nō sanabatur nisi unus. Qđ simbolū legit sup masculos grece ꝛ sup femias latine p duas liguas quibus simbolū legitur omnē liguā intelligimus. nā in grecis viguit sapiētia. in latinis .s. romanis potentia. ꝛ ita p has duas tanq̄ excellentiores omneꝫ linguā intelligimus. quasi cū aplō ad philip. c. ij. dicamus ois lingua cōfiteat. qꝛ dn̄s nr̄ ihesus xp̄s in gloria ē dei patris. Expositionem orationis dominice ꝛ simboli in quarta pte in suis locis exposuimus. Et attēde ꝙ an̄ hanc quartā feriā in dn̄ica ul' i scđa feria ē huius ferie scrutiniū ꝑplis an̄nūciandū his uerbis. Scrutinij dieꝫ dilectissimi fr̄es quo electi nr̄i diuinitus instruātur imminere cognoscate ideoq̄ sollicita deuotōne sequēti q̄rta feria circa horā nonā cōuenir̄ dignemini ut celeste misteriuꝫ quo dyabolus cū sua pompa destruitur ꝛ ianua celestis regni aperit̄ inculpabili

misterio peragere ualeam⁹. ¶ In hac uero feria q̃rta finitis missarũ solemnijs p̃sbiter ãnũciat ut sabbato primo ad scrutiniũ reuertant̃ ⁊ sic iterũ atq̃ iterũ ãnũciat donec septẽ scrutinia celebrent̃. ¶ Sane expleto scrutinio dr̃ missa ut premissũ ẽ ĩ qua legit̃ lectio ⁊ ep̃l'a q: baptizãdus ĩ duobus ẽ cathecizãdus.i. instruẽdus.s. ĩ nouo ⁊ ĩ ueteri testamẽto maxie in illis que ptinent ad baptismũ. Rursus q: instruendus ẽ in fide ⁊ ĩ moribus. iõ due lectões legũt̃ de q̇bus in eis cũ suis responsorijs disputat̃ Legitur enĩ de philippo q̃ eunucho euãgelizauit ihesũ. ⁊ ſm Aug. euãgelizare ihesũ ẽ. nõ tm̃ docere credẽda sed etiaꝫ q̃ sũt post baptismũ s̃uãda In p̃ma ergo lectione.s. Sãctificabo ⁊c̃. q̃ sũpta ẽ de ezech. xxxvi. de fide agit̃ ubi dicit. Tollã quippe uos de gentibus. ⁊ cõgregabo uos de uniuersis terris. ⁊ effũdã sup uos aquã mũdã ⁊ mũdabimini ab oibus iniq̇tatibus v̄ris ⁊ dabo uobis cor nouũ. fideles enĩ de uarijs terris cõgregati sũt in eccl'ia. ⁊ aqua saluatoris baptismi ẽ effusa sup eos q̃ ab uniuersis peccatis ⁊ erroribus sũt mundati et datũ est eis cor nouuꝫ ut credant in xp̃m. De hac lectione sumitur itroitus. Dum sanctificatus fuero ⁊c̃. uel baptisatus dicitur cor nouũ. In v̄su aũt benedicã dominũ ⁊c̃. sũt gratiarũ actionea de hac sanctificatiõe. ⁊ ẽ tercij toni. quia sanctificatio ptinet ad trinitatẽ. Uerũ q: per talẽ sanctificationẽ sũt homines filii dei. iõ sequitur graduale. Uenite filii audite me timorẽ domini docebo uos. qđ ẽ septimi toni propter septem dona sp̃ũs sancti q̃ dãtur in baptismo. uł q: ad hoc q̃ quis uere in christũ credat necesse ẽ ut timeat deũ. ideo sequit̃ ipsũ graduale ubi sequit̃ de timore. Initiũ sapiẽtie timor dñi ẽ. q̃ ergo radicẽ iponit crudelitatis eũ a

timore inchoare oportet. iuxta illđ A timorẽ tuo dñe cõcepimus ⁊ peperimus sp̃ũm salutis. In scđa lectõne s. ĩ ep̃l'a. Lauamini ⁊c̃. q̃ sumit̃ ex ysa ia. i. c. agit̃ habundant de moribus ubi dicit̃. q̇escite agere p̃uerse discite benefacere ⁊c̃. ⁊ postea ocluditur ⁊ ueite ⁊ arguite me dicit dñs. q. d. si hoc feceritis ⁊ uobis non remunerauero iure me tãq̃ iniustũ redarguere potestis. Itẽ dicitur ibi. lauamini. s. p baptismuꝫ. ⁊ estote. i. manete mundi. s. per penitentiã. ⁊ q̃ possint ostendit dicens. Auferte malũ cogitationũ uestraruꝫ. ⁊ si fuerint peccata uestra ut coccinum quasi nix dealhabuntur ⁊c̃. Uerũ q: illi qui fideꝫ uerã ⁊ bonos seruãt mores ad hereditatẽ dñi ptinere probant̃. Idcirco sequit̃ graduale. Beata gens cuius ẽ dns deus eius queꝫ elegit ĩ hereditatem sibi. hi efficiũtur celi qui uerbo i. filio dei sumant̃. Unde sequit̃ uersus. Uerbo dñi celi firmati sunt ⁊c̃. Itẽ q: ĩ talib⁹ locũ hꝫ beatitudo. iõ graduale illud ẽ primi toni q: beatitudo a solo deo ẽ. ab hijs quoq̃ nõ discrepat euãgeliũ p̄cedens. s. preteriẽs ihes⁹ ⁊c̃. Jo. ix. c. qđ ẽ de illuminatõne ceci q: ceci illuminãtur ĩ baptismo. vñ dr̃ ibi. lutuꝫ fecit dñs ex sputo ⁊ precepit ceco ut lauaret se in natatorio syloe. i. christi qui missus fuit a p̃re. i. in baptismo uel doctrina christi đ quo dicet̃ genes ulti. c. Nõ auferatur sceptruꝫ de iuda ⁊ dux de femore eius donec ueniat qui mittẽdus ẽ. hebreus habet donec ueniet syloe. i. missus. postmodũ i gratiarꝫ actione sequitur offertoriũ scđi toni propter illuminationẽ ⁊ confirmationẽ. Dicto autẽ offertorio archidiacon⁹ ascẽdit pulpitũ clamãs alta uoce si quis ẽ cathecumin⁹ exeat foras put dictũ ẽ ĩ prohemio q̃rte ptis. ⁊ tũc omnes cathecumini exeãt foras et sic fit septies priusq̃ baptisentur

uidelicet in quolibet scrutinio. quia q̇ regnaturi sunt nec inter dei filios cōputari nec xp̄i misteriis cōuenit i teresse. Quidā tñ cathecuminos āte euāgeliū de ecclesia eiciūt qḋ nō lau damus cū eis euāgeliū sit p̄dicāduꝫ sicut ꝛ apl'i. primitiȷa gentiū euange liuꝫ predicauerūt sed sacrificio inter esse nō debent. tū qꝛ sacerdos orat pro circūstātibus quoruꝫ fides deo cognita ē ꝛ nota deuotio. at isti nō dū fideles uocantur. tū qꝛ qḋ cōfici tur fidelib⁹ porrigit᷑. ¶ In postcō munione uero agit grās cecus ḋ illu minatione sua dicens. lutū fecit dñs ex sputo suo. Io. ix. ꝛ ē p̄mi toni qꝛ ad locū vñ exeūt flumina reuertunt᷑ ut iterū fluant. sic aūt recognoscēdo bona debemus agere deo grās. Hec aūt quarta feria in hoc priuilegiata ē qꝛ in ea legūtur due lectiones p̄ eo ꝙ i sequēti sabbato ordines celebrā tur. Itē ꝙ hac die ordinandi exami nātur. Itē qꝛ hac die fit scrutinium baptizandorū i sabbato pascali ut p̄ missū est.

¶ De quinta feria Rica.

Quinta feria ostendit ꝙ nō ē sāctificatio nisi a deo. vñ itroitus. Letetur cor q̄ren tiū dñm. ꝛ post q̄rite faciē eius sem per. ꝛ ē scḋi toni. qꝛ queritur ut ha beat᷑ ꝛ postea ut amplius habeatur q̄to eni magis habetur tanto magis querit᷑. Ep̄la uero. Uenit mulier ꝛc̄. iiij. Reg. iiij. c. ē de resurrectione filii mulieris sunamitis quē suscitauit he lyzeus incuruauit se super puerum ꝛ pueri qualitati se conformauit. puer uero septē occitationes emisit et sic ē suscitatus. Nempe sunamitis inter pretatur captiua. filius eius gen⁹ hu manū quod dicitur puer propt̄ par uitatē sensus. baculus de quo ibi di citur ē lex que percutit dicēs. oculū pro oculo ꝛc̄. que neminē ad p̄fectō nem ducit. helyzeus uero. i. xp̄us in clinauit se sup̄ hūc puerū. i. exaniens se factus ē ei similiter ꝛ resuscitatus ē. Sed oportet ut septē occitationes emittat. Prima est fidei qꝛ sine fide non ē introitus. primo eniꝫ ueritati debet quis credere ꝛ oīa possibilia sūt credenti. Dñe inquit leprosus si uis potes me mundare. ꝛ dixit uolo mundare. Scḋa occitatio est timor Tercia ē dolor de peccatis. qꝛ miseri cordia non fit sine iusticia. Quarta propositū cōsitendi. Quinta ē pro positum satisfaciendi. Sexta propo situꝫ decetero non peccandi ꝙ. s. nō offendat deum creatorem suum. et omnia ista debent fieri in spe uite eterne glorie. Unde spes ē septima occitatio. Responsoriū ē. Respice in testamentū tuū. ꝛ post Exurge. i. fac nos exurgere. ꝛ ē quinti toni p̄pter quinq̧ sensuū reparationē siue inno uationē. Euangeliū uero. Ibat ihe sus ꝛc̄. luce. vij. c. est de resuscitatiōe filij uidue. cui dixit dñs. adolescēs tibi dico surge. In quibusdā tamen ecclesiȷs dicitur illud euangeliuꝫ. Si cut pat̄ suscitat mortuos ꝛ uiuificat ꝛc̄. Sequitur offertoriū. Dñe ad ad iuuandū ꝛc̄. vii. toni propter septeꝫ occitationes in gratiarum actiones Postcōio uero ē de eterna beatitudi ne. s. domie memorabor iusticie tue cui cōpetit dare eternā beatitudineꝫ que erit octaua resurrectionis.

¶ De sexta feria Rica.

Sexta feria p̄rsus ideꝫ dicit qḋ quīta. ꝛ ē itroitus. Me ditabor ꝛc̄. vsus. celi enar rāt. s. facti. ꝛ ē primi toni quia i solo deo ponit spem. In ep̄la. egrotauit ꝛc̄. iij. Reg. xvij. c. ponit᷑ resuscitatio filii uidue ab helya. Rñsoriū ē. Bonū ē sperare in dño. supple qꝛ resuscitat ꝛ ē quinti toni cuius ratō i p̄cedenti

feria etiā dicta ē. ¶ Sequit̃ euāgeliū Erat quidā homo ꝛc̃. Jo. xi. c. de resurrectione lazari q̇ hac die resuscitatus ē. Et offertoriū in grāᷓ exhibitionē ꝑp̃lm humilez saluū facies dn̄e ꝛc̃. primi toni eadē rōne. qꝛ. s. ī solo deo sperandū ē. J post cōione uero habetur ꝙ ad preces eaꝝ. s. marie et marthe suscitatus fuit lazarus uidēs dn̄s flentes sorores lazari ꝛc̃. Jo. xi. c. p qd̓ significatur ꝙ ad p̄ces sācto rū resuscitat deus mortuos spūalit̃ dans eis primā grām. ꝛ iō ē p̄mi toni ꝑpter primaz resurrectione. s. anime. Et attende ꝙ semp hac die q̇ ē quitadecima a passione dn̄i legit̃ p̄dictū euangeliū. qꝛ cōstat hac die lazarū suscitatū esse de quo euangelio sumit̃ rn̄soriū. Occurrerūt iudei ꝛc̃. qd̓ hodie in quibusdā ecclesijs cātatur cui hodie cōgrue i euangelio premittitur predicta lectio d̓ filio sareptene mortuo quem suscitauit helyas ponens eum super lectum et expandens se tribus uicibus super eū. Nā per hec mulier ē eccl̄ia que fide suscipit xp̄m i hospicio cordis. filius et᷒ est quilibet fidelis qui moritur cum morte dignum peccatum committit. Lectus helye catholicaz designat ecclesiam in qua sole anime reuiuiscūt dum per fidem trinitatis a morte r̃surgunt. Cetera. laudes. cōfessiones ꝛ consolationes sunt cuiuslibꝫ a peccatis resuscitati.

¶ De sabbato Rica.

Sabbatum vo de largitate datoris ē. vnd̓ introitus ē Sitiētes uenite ad aquas doctrine. s. ꝛ baptismi. Sequit̃ ꝛ bibite cū leticia hoc ad sabbatū mentis ptinet. ꝛ ostenditur largitas dei qui opatus ē large dare cuilibꝫ ꝛ benignitas eius. Unde dicit. venite bibere aquas. s. que mūdificant ꝛ sanctificant gratis. Sequitur uers᷒. attēdite popule meus. ī quo ostenditur ꝙ etiam hoc de aquis doctrine intelligit̃. scd̓i toni ꝑpt̃ mundationē aie ꝛ corporis. ꝛ sumitur de ysaia. Epistola est. in tempore placito exaudiui te. ysaie. xlix. c. ꝛ post nunq̇d pōt mulier obliuisci infantem suuz. ecce ostenditur largitas ul̃ caritas dei erga nos. Postea sequitur respōsoriū Tibi derelictus est pauper. in grārū actiones quarti toni propter q̇tuor uirtutes p quas significatur. In euāgelio uero quod ē Jo. viij. c. de eadē largitate agitur. ego inquit suꝫ lux mundi. non dicit huius hominis ul̃ illius sicut flos cāpi. qui sequitur me non ambulabit i tenebris. ostendit ergo ꝙ paratus est illuminar̃ omnē hominē qui sequitur ipsū. Ceterum qui uidet currit qui currit peruenit exceptis superbis. vnde sequit̃. Tu de teipso testimoniū perhibes testimoniū tuū non ē uerū. rn̄dit eis. s. iudeis ihes᷒. nōne scriptū ē in lege vr̄a ꝙ duorū hominū testimoniū uerū ē uidebant eni miracula. ꝛ ita pr̃ erat testis eius ꝛ reliquit eos dn̄s q̄si superbos disputatores nō curātes illuminari. soli eni humiles illumināt̃. vn̄ seq̇t̃ offertoriū. Fact᷒ ē dn̄s. p̄mi toni qꝛ solus deus pōt illumiar̃. Quia igit̃ i hoc sabbato oñdit eccl̄ia largitatē dn̄i dantis grām i baptismo ꝛ i doctrina quibus ex largitate dei habūdant dat̃ grā. iō fiūt ordines ī illo die. ꝛ etiā qꝛ iminet tp̄s passiōis dn̄i in quo artius tenet se ecclesia. ad significandū ꝙ ordinati artius se tenere debēt. ut q p̄us ebrij erāt āmodo sobrij sint. ꝛ iterū dn̄t se īmolare deo hostiā sāctā deo placentē. Hoc etiā sabbato fit scrutiniū baptizādorū. qꝛ cathecumini ad req̇ē eternā q̄ p sabbatū intelligit̃ ueniūt p baptismū. Unde ī q̇busdā ecclesijs hodie due lectōnes legūt̃ in missa ex eadeꝫ cā q̄ in quarta feria p̄cedenti.

¶ De dñica q̄rta i passione dñi. R.

SEquitur domica de passione dñi.s.ð cruce. Incipit aūt huius celebritas passionis a fine sabbati.i.a uespera lucez hui⁹ dñice p̄cedēte q: lazaro i p̄cedēti sex̄ feria suscitato q̄dā ð bethania abierūt ad phariseos narrātes eis miraculū.et cū i illa sex̄ feria fuerūt neomenia.i.p̄ma dies mēsis ad sacrificatoꝝ mlti iudei pōtifices pharisei ꝯuenerāt ibi q̄ audiētes signū moꝝ ut ait Jo. hoc ē i sabbato collegerūt ꝯciliū ðsus iesū ꝛ ex illa die cogitauerūt ut interficerent eum. ac deinceps ihesus non palam ambulabat apud eos quia nondū uenerat hora eius. ideoq̄ i uespere sabbati quasi post horā eiusdem cōcilij publicum luctū incipit ecclesia suo cōpatiens dño ut capiti membra. et ex tunc lugendo recitat uexillum regis misterū crucis acetū fel et arundinē clauos et lanceā perforati corporis diē passionis rōnes patiētes illusiones inimicoꝝ et insidias eoꝝ hec et his similia i uesperis et nocturnis officiis plangit q̄ de autentic̄ noui et ueteris testamentorū sūt congesta scripturis. Propterea post precedentium septem dñicarū ordinatissimam dispositionem q̄bus ut p̄missū est septem mundi etates figurantur q̄ omnes sūt domini passione redempte merito ipsius dñice passionis celebratio incboatur et quasi longa funeris pompa premissa demū seq̄tur ipa salutis nostre uictima ingerens oculis ea que p nobis ptulit uulnera et mortis insignia. Rursus ideo ecclesia cantat. Uexilla regis ꝛc̄. ut si forte aliqui sint lapsi ueniāt ad uexillum qð omnes amaritudines facit esse dulces qð significatū ē p lignuz piectū i aquas marath semper enim et maxime isto tpe debemus haberē in memoria dñicam passionē. Unde in cantic̄. fasciculus mirre dilectus meus mihi int̄ ubera mea cōmorabitur quia memoria passionis dñice secū nō patit̄ amaritudinem peccati Ideo aūt specialit̄ duab⁹ septimanis ante pasca passio dñi recolitur. Primo q: ipe a duobus et p duob⁹ populis passus est. Scðo q: testamēta duo p duas ebdomadas exp̄mimus uetus qð p̄dixit dñm passurū et nouū qð ostendit ipm passū. Tercio q: i duobus huius seculi tpibus s. ante legē et sub lege eadem passio uaticinata est. Quarto ut hee due septimane reducāt nob ad memoriā murmuratōnem eoꝝ q̄ ante legez et sub lege in iferno fuerūt usq̄ ad tempus gr̄e qð in tercia ebdomada. s. pascali significat̄. Ab hac nāq̄ die q̄ gloria pr̄i dimittitur due sunt ebdomade usq̄ ad pasca. tūc uero tercia est in qua restaurat̄ omia dimissa glorificatio. In tercio eni tempoi qð fuit sub gr̄a omnia bñficia que pr̄es nr̄i expectauerūt i ecclesia reddunt̄. Ideo aūt gloria pr̄i dimittit̄ q: ille uersus ad laudem ptinet trinitatis q̄ fuit i passione dñi quasi ab hac die rep̄sētat dehonesta. Cōstat eni q̄ xp̄s q̄ est tercia in trinitate p sona fuit dehonestatus. sed in resurrectione gl̄ia pr̄i resumit̄ q: p resurrectionē fuit gloria imortalitat̄ glorificatus. Sed certe h̄ ptestatio fuit sp̄ālit̄ in crucifixione. vnde pōt dici q̄ gloria pr̄i pnunc tacet̄ ppter humilitatē p quam ad xp̄i passionez puenicndū est. et q: dñs se abscondit. Et est aduertendū q̄ i itroitib⁹ tacet̄ et R̄nsorijs q: illa sūt de passione. et in venite exultem⁹. s. psalmis uero et ymnis non. q: psalm⁹ significat opatōz. Ipsū. n. nō psequebāt̄ nisi lingua tractādo de nece ipsius nec ipm bonū desijt operari. non ergo tacet̄ i totū quia remissioꝛ debet

esse luctus eo ꝙ non stati post habi
tum cõsiliũ ꝺ nece eiꝰ traditus ẽ ag
nus i manibus delanionuꝫ. Sed i tri
duo añ pasca omnino tacetur qm̃
maxime sancta trinitas dehonestata
est. licꝫ eni ante dies illos ꝺ nece dñi
ageretur tunc tamẽ uapulatur. spui
tur alapatur et crucifigit᷑. vnꝺ ꝓsa.
Et uidimꝰ eum nõ hñtem spẽꝫ neqꝫ
decorem. uel qꝛ tunc sepulturaꝫ dñi
celebramus q̃ maxime fuit eius hu
militatio. Ab hac etiaꝫ dominica i q̃
busdam ecclesijs tacetur ad ꝑmam
xp̄e fili dei. tum qꝛ ex tunc ecclesia
eius mortem et passionem repñtat
tum qꝛ ꝭm iudeoꝝ reputationẽ non
poterat misereri qui seipsũ saluum
facere nõ põt. ꝺ hoc dictuꝫ est i qui
ta ꝑte sub ti. ꝺ ꝑma. nõ fiunt etiaꝫ
speciales cõmemorationes de sãctis
neqꝫ de pace ab hac domĩca usqꝫ ad
sabbatum post penthe. quãuis post
laudes dicatur. preciosa i cõspectu
domini ꝛc. et ad ꝑmam orationem
Domine deus omnipotens. ꝛc. i qui
bus cõmemoratio generalis fit de
sanctis. ¶ Circa qꝺ sciendum ꝙ cõ
memoratio sanctoꝝ duplici ex cau
sa fieri cõsueuit videlicꝫ ad recolen
dum eoꝝ sanctitatꝭ meritum et ipe
trandum patrociniũ noƀ salutare q̃
duo excellentissime i christo nr̃o ca
pite passionis et resurrectõis sue te
pore noƀ attendenda mõstrãtur qꝛ
passionis sue tꝑe prebuit eximiũ hu
militatꝭ et sanctitatis exemplũ. post
resurrectionem uero suam apud pa
trem sicut testatur Jo. nosť aduoca
tus factꝰ est sigularis. ut igitur nos
tra intentio illo precipuo tꝑe ferat᷑
i sue sanctitatis exemplum. et spes
nostra eleuetur ad vnicum eius refu
gium conuenienter tunc illoꝝ sanc
torum specialia suffragia obmittũt᷑.
Hinc etiam est ꝙ q̃dam ecclesie ob
mittunt post ꝑmam dicere preciosa
i conspectu domini. ꝛc. et i illa etiaꝫ
oratione. Domine sãcte pr̄ oĩpotens
deus ꝛc. q̃ oĩ ad ꝑmaꝫ premittitur
ỽba illa. ꝑ itercessionẽ btĩssime uir
ginis marie et oĩm sanctoꝝ. Qui ue
ro dicunt preciosa asserunt illõ qꝺ
non est ꝑs canonice hore ꝓut dictũ
est i quita ꝑte. sub ti. de ꝑma. fit ta
men aliq̃lis et generalis sanctoꝝ cõ
memoratio i ecclesia. qꝛ ꝓpter coꝝ
mltitudinem et nr̃am ibecillitatem
ꝺ quolibet ipsoꝝ sicut debitũ esset
solemnisari non põt. Et ex hoc etiã
apparet q̃re obmittitur ꝯmemora
tio ꝺ pace. qꝛ sicut ait apl̄s ad collo
censes. i. christus pacificauit ꝑ sang
uinem crucis eius siue q̃ i terris siue
q̃ i celis sunt et post resurrectõnem
suam pacem discipul᷑ suis annũcia
uit et cũ eis ipse q pax nr̃a ẽ ꝯtinue
usqꝫ ad ascentionem suã cõuersari et
tũc eis pacem suã dedit dicens. pa
cem meã do uoƀ. et i penthe. ꝯsola
torem mitter᷑ dignatus est icassum.
gꝰ fieret ꝯmemoratio ꝺ pace. In
troitus aũt icipit ab oratione dñi in
passione. Judica me deus ⁊ discerne
cãm meam ꝛc. In hꝭ eni istruxit nos
i orãdo. Sequitur. emitte lucem tu
am ꝛc. qꝛ qui uidet premia fortꝭ effi
citur i pugna. et ueritatem tuam ꝛc.
qui eni uidit uera bona de facili du
citur i eterna tabnacula. et est q̃rti
toni ꝓpť formam crucꝭ uľ ꝓpť
q̃tuor q̃ petũtur. s. iudiciũ. discretio
liberatio et fortitudo. Epl̄a uero. s.
christus existens põtifex futuroꝝ bo
noꝝ ꝑamplius et perfectius ꝛc. q̃ ẽ
hebreoꝝ. ix. c. ostendit efficatiã pas
sionis christi ꝑ passionem. n. eius in
eterna tabnacula ducimur cuiꝰ me
mores esse debemus. Sed quia non
omnes intrabunt nisi qui faciunt
eius uoluntatem. ideo sequitur Rꝫ
sorĩũ. Eripe me de inimicis meis do
ce me ꝛc. aliter eni non itratur i sanc
ta sanctoꝝ ⁊ est tercij toni ꝓpť libe
ratõm a triplici inimico ꝑ uirtutem

trinitatis. postea seqtur tractus in quo cōqueritur dñs ꝺ̄ inimicis suis dicens. Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea i abel et in alijs. et ueri similit̄ dicitur tractus qꝛ huiusmōi cogūt nos ducere uitam miserá. s. al lophili et philistei. et ē octaui toni ad significandū ꝙ huiusmōi tribulationes uenūt sup nos ut simus memores alterius uite q erit in octaua etate qꝛ ad dominū cum tribularer clamaui ꝛc. Et Iob opuit ꝯfusio faciē eius. postea seqtur euāgeliū. qs ex uob. ꝛc. Io. viij. c. i quo habetur contumelia iudeoꝝ dicentiū domio demoniū habes. et dominus abscondit se ut expectaret tempus ymolationis agni Et decima luna ostendit se sicut dicebat ꝺ̄ agno fieri. ut in exodi habetur. xxvij. c. Ecclesia uero ostēdit se esse ꝯtiam eis i offertorio q̄si diceret ipsi dicūt demonium habes. Sed ego confitebor tibi domine et est pmi toni. qꝛ soli deo confitendum est. post communio aūt ē hoc corpus ꝛc. Lu. xxij. et Mathei. xxvj. c. Marci. xiiij et. i. corinth. xi. c. et incipit eam sacerdos. ad ostendendū ꝙ magnus sacerdos sacrificiū mutauit i nouū sacrificium et est octaui toni. qꝛ illꝺ̄ sacrificium est ueꝝ qꝺ̄ perficietur in paradiso qn̄ resurgemus. et illud apl̄i uere implebitur. omnia uestra sunt.

De secunda feria. Rubrica.

Secunda feria ē ꝺ̄ crucifixione nr̄a et maxie ꝺ̄ ieiunio qꝛ debem⁹ crucifigere mēbra nr̄a cū uicijs et ꝯcupiscētijs sicut pcedēs dñica ē de cruce. Sꝫ qꝛ n̄ pōt homo ieiunare nisi liberet̄ ab iimicis uisibilib⁹ ꝛ inuisibilib⁹ diabolo s. et mūdo et malis hoibus. Ideo ecclesia i introitu petit liberari ab inimicis. et ē tercij toni ppt̄ liberatōꝫ a triplici iimico. Epl̄a uero ē. factū est uerbū. Io. iij. c. i q inuitatur ad ieiuniū p exemplū niniuitarū q solius Ione et unica pdicatōe ieiuniū iãcepe rūt etiam iumēta ut liberaret̄ a ipali subuersione q̄ntomagis nos debemus penitentiā suscipere ad uocem ueri Ione. s. xp̄i ꝛ aploꝝ ut a subuersione spūali liberemur. In Resonso petit simulit̄ liberari ab iimicis et est usus. Deus i nomine tuo saluū me fac. tercij toni propt̄ ꝟtutem trinitatis et liberatōꝫ a triplici iimico. Post modū seq̄t̄ euāgeliū. Miserūt pricipes. Io. vij. c. in quo dicit dñs scribis et phariseis. quid uultis me interficere. et loqtur ꝺ resurrectione sua et ascensione et spūs sācti missione. ppter hoc ut illi qui sūt i cruce qui sustinent multa a malis sicut ipe dominus semp habeāt respectū ad fructum caritatis. vn̄ asceāā i palmam ad apphendendū fructū eius. In offertorio. Dñe ꝯuerte et eripe animā meam ꝛc. petit liberari ab inimicis i anima et est sexti toni. qꝛ liberatio anime perfecta liberatio est. senarius enim numerus perfectius ē. In post communione. dns uirtutum ipse est rex glorie. attribuit deo liberationeꝫ suam. ꝛc. et est tercij toni. quia ille est deus trinitas qui liberat. Dicit̄ autem ad horas capitulum illꝺ̄. Attende domie. Iere. xviij. c. et illꝺ̄. domine omnes q̇ te derelinquunt. ibidem. xvij. c. et illud. confundātur q̇ me. quod est ibidem. ꝛ illud. Tu autem domine. xx. c. ꝛ illud. Domin⁹ deus aperuit. ysa. l. c.

De tercia feria. Rubrica.

Tercia uero feria ad paciētiā inuitat. vn̄ itroit⁹ ē. expectabo dñꝫ ꝛc. vl⁹. dña illūinatio mea. deus enim dat pacientiā et q̇ illuminatus est paciētiā habet

et est septimi toni q2 paciētia conci pitur respectu q̇etis eterne. postea sequtur epl'a. Congregati sūt. Daniel' iij. c. i q̄ ostendit effectus pacientie. q2 ibi habet' q̄o babilonij danielē miserūt in lacu leonum nec tetigerūt eum et missus ē ei cibus a dn̄o per abacuc. et significat ꝙ ꝑ paciētiam liberat nos dominus a ip̄ualib⁹ ba bilonijs et q̄r ꝙ etiam liberat corpa liter et dat uitam eternam. iux̄ illud apoc̄. q̇ uicerit dabo ei manna ab scōditum. In Rnsorio. Discerne cau sam meaꝫ ꝛc̄. petit liberari ne succū bat. Deinde sequit'. Emitte lucem tuā et ueritatem tuam. ecce semꝑ pe tit lucem quā qui uidet pacietiam habet et sic liberatur et est quiti to ni q2 petit liberari a temptatione quiꝙ sensuū. uel ab inimicis q̇ no euerut per quinꝙ sensus. Intrat enī mors per fenestras corporis. In euā gelio uero. ambulat ihesus i galileaꝫ ꝛc̄. ostendit' discretio bonoꝝ et ma loꝝ. tempus uero bonoꝝ in futuro erit. vnde debet dicere patiens sicut dixit dominus. tempus meū nōduꝫ est. et debet sperare i dn̄o. vnō seq̄t' offertoriū. Sperent i te qui te noue rūt. et q2 semꝑ sustinent malos ideo i post cōmunione. Red. me me dn̄e ꝛc̄ petit liberari que ē septimi toni propter requiem que speratur.

De quarta feria. Rubrica.

Quarta feria on̄dit ꝙ a so lo deo ē liberatio. q2 fide lis ē deus q̇ non ꝑmittit nos temptari supra illō qō possu mus sustinere. vnō introitus ē. Libe rator meus. et v̄sus. diligā te domie fortitudo mea ꝛc̄. ecce ponit deum fortitudinē suā. et ē tercij toni ꝓpt donū trinitatis et ꝓpter triplicem i imicum. In epl'a uero. locutus ē. Le uitic̄. xix. c. enumerāt' p̄cepta ubi ostēdit' iudeos nō obseruare illa i h̄ ꝙ ꝑseq̄bant' inocentem et oīs etiā q ꝑsequūtur bonos nō sūt timendi q2 sūt inimici dn̄i. vnō ibi habet' nō iuste iudicabis. et iō i Rnsorio. exul tabo te ꝛc̄. petit liberari qō ē septi mi toni ꝓpter septiformē grām. In euāgelio uero. facta sūt. Jo. x. c. ostē dit' quid fecerit i encenijs dn̄s. q2 iudei tulerūt lapides ut iacerēt i eū. et dixit dn̄s. multa bona opa feci uob ꝓpter qō uultis me lapidare. encenia festū erat dedicatōis tēpli hoc ē de reparatōe ip̄ius a macha beis. Seq̄t' et hyema maloꝝ erit. bo ni uero dn̄m ꝯgnoscēt sicut i euāge lio dr̄. uos aūt cognouist] me q2 pr i me ē et ego i p̄re. et tūc plene libe rabit' eccl'ia sicut petit i offertorio: Eripe me ꝛc̄. qō ē septimi toni. q2 tūc erit quies uera. uel ꝓpter grām septiformē. Quia v̄o bius erit qui erit i illa quiete qō nō erit sine ino centia. Ideo ē post cōmunio. Laua bo inter inocētes man⁹ meas ꝛc̄. et in troibo ad altar' dei. i. ad altar' q̇ete mentis et ad altare supnū qō ē octa ui toni. q2 hoc erit i octaua etate sic dictū ē quarta ergo feria ē de ence nijs. i. de dedicatōe q̄ plene fiet i fu turo qn̄ eccl'ia ꝑfecte dedicabit deo.

De quinta feria. Rubrica.

In quita feria imolat ec clesia hostias sp̄ūales per q̄s possit cōsequi illō gau diū. sꝫ q2 non ipetratur misericordia nisi contendo iusticiā. ideo dicit in introitu. Cōfitendo iusticiā dei erga nos oia q̄ fecisti nob dn̄e i uero iu dicio fecisti. Daniel'. iij. c. si misisti tribulatōes benefactū ē q2 peccaui⁹ tibi. et postea petit misericordiam. Da inquit gl'iam nomini tuo et fac nobiscū s̄m m'titudinē mie tue. v̄s⁹ est. magnus domin⁹ et laudabilis

nimis. et est tercij toni q2 qui confitetur debet cõfiteri triplicit peccatum suũ. In aiiis tñ ecclesijs e vius. Beati immaculati. Ideo bẽtur i epła que sumpta est ȏ daniele.iij.c. Ora uit daniel. dñe deus ne despicias rc. q: peccauimus et non est nob sacrificiũ rc. Ita.n. dicebãt filij israhel qñ erant in babilone. sic et nos possumus dicere qñ sumus i peccato ñ est sacrificiũ sed in spũ humiliatis sed in aĩo contrito suscipiantur dñe a te. In responsorio. Tollite hostias rc. monet nos offerre hostias spũales. uersus ẽ. Reuelabit deꝰ cõdensa. sũt.n. non põt offerre spũalia. nisi deus remoueat tenebras a corde. et est quĩti toni q: talẽ oportet i qu. q: sẽibus mactari. vnd seq tur euangeliũ. Lu. vij. Rogabat iesũ i quo h. tur quõ beata maria magdalena ipetrauit uenia lacrimis qꝫ quot habuit i se oblectamta tot mactãdo se hostias spũales obtulit deo i corpori suo In offertorio. Sup flumina rc. ostẽdit quõ flendũ sit et quõ oportꝫ lugerẽ. du o.n. sũt que hoc faciũt. s. memoria peccati preteriti et recordatio celestis ihrlm. qm qñ homo suas miserias meditie cõparat angelor fletsup flumina babilonis. et ẽ pmi toni q: hoc debet esse pmũ in memoria. s. finis ppter quẽ sumꝰ. In postcõmunione orat ut dñs memor sit pmissionũ. Memẽto uerbi tui ẽuo tuo i quo mihi spem dedisti. et ẽ octaui toni q: i octaua etate fiet illa dedicatio. In qbusdã tam ecclesijs legit euãgeliũ ubi dicitur q quã adam uellet apphenderẽ ipsum et tamẽ nemo misit manũ i eũ. dixerũt pontifices ad ministros. q̃re non adduxistis eum. rñderunt ministri. nuq̃ sic locutꝰ ẽ homo sicut hic loquitur. Hac etiã die quẽniẽt legitur illo euãgeliũ. ubi dr q reuersi sũt vnusq̃sq̃ i domũ suã. In offertorio uero dicitur. In salicibus medio eius suspẽdimꝰ organa nr̃a. quia post hãc diem nullũ euãgeliũ legitur i quo dñs iudeis publice pdicasse narretur. Ecce ergo illud diminitatis organũ i illis salicibus et fluctuosis hominibus babilonis suspẽsũ est.

¶ De sexta feria. Rubrica.

Sexta feria est ȏ passione r orat xps dans nob in introitu formã orãdi. Miserere rc. et ẽ quĩti toni q: nõ potest fieri liberatio sine quĩq sẽsuũ cõbibitione. In epła. Dne oms. Jeremi. xvij. c. petit suã liberatõẽ et inimicor cõfusionẽ. In rñsorio uero similiter cõqueritur de inimicis et maxime de ypocritis pacifice loq̃batur rc. s. cu dicebãt mgr̃ scimus q: uerax es. et tñ dolus erat i corde. uno uide dne rc. In euãgelio. collegerũt pontifices et pharisei rc. Jo. xi. c. similiter dolus exprimitur et dr igitur ueniẽt romani et tollẽt nr̃m locũ et gentem. q: iam ablatum erat sceptru de iuda r dux de femore eius. et pilatum presidem romane ptãtis hẽbebãt. quia uero ubi ẽ dolus r crudelitas ibi hõ maxime idiget sapiẽtia ut sapiẽt rñdeat Ideo i offertorio petit itellectum ut possit rñdere sine peccato. Bñdictus es dñe doce me iustificatões tuas rc et rñdebo sicut dicit dauid. iij. Reg. dimitte eũ ut maledicat mihi sicut pcepit dñs talea enim sũt uirga dñi. vñ Aug. vnde supbiũt ipi qꝫ eos facit p: meus uirgã suam. et i puerbijs. fili mi stude sapiẽtiã ut possis rñdere ẽmoni. et est septimi toni propter spiritus sancti graciam septiformem. Postcommunio quoqꝫ Ne tradideris me rc. eadem rõne ẽ septimi toni in q̃ petit liberari.

¶ De sabbato. Rubrica.

Sequitur sabbatum uacās sicut et scḋa dñica q̄drage sime. In hoc eni sabbato sintēdere cōsueuit dñs papa pauperibus xp̄i dando elemosinā et mandatū celebrando tum qꝛ i cena dñi ꝓpter officij magnitudinē hoc facere non poterit. tū qꝛ sicut dicit Jo. Ante sex dies pasce uenit i bethaniā ihesus et factū ē cōuiuiū i domo marie et marthe ubi fuit lazarus quem dñs postea suscitauit et tunc maria vngento nardi pistico unxit pedes ihesu ap̄ticus ergo in memoriam eius qḋ illa deuotissime egit facit mēbris xp̄i qḋ ipa capiti fecit ut pedes iesu ungendo idem dñi uestigia sectādo et capillis tergendo. i. sup̄flua pauperibus erogando ipleatur domus odore ungenti. i. mūdus impleat̄ bona fama. Quia ergo hac die circa p̄missa caritatꝭ opa exercenda occupatus ē. ideo uacat hoc sabbatum a ꝓprio officio ⁊ mutuo accipit a q̇nta feria añcedenti. uel i quibusdā ecclesijs a sabbato antecedenti. Sicientes uenite ad aq̄s. Legitur epistola de Jere. xviij. c. Dixerunt impij ⁊c. in qua sunt male cogitationes que precesserunt passionem uenite cogitemus contra iustum cogitationes et postea percutiamus cū ligua. tales autem non habent sabbatum qꝛ non est pax impijs dicit dñs. In euāgelio uero. subleuat ⁊c. Jo. xvij. c. rogat pro se et ꝓ discipulis ⁊ ꝓ omnibus fidelibus ut habeāt sabbatū qḋ erit per unitatem et caritatē i futuro qñ unū erimus sicut pr̄ et fili⁹ sunt unū. i. in maiori approximatōe q̄ possit esse illi unitati q̇ pr̄ et filius unū sūt. In alijs uero ecclijs legitur euāgel̄. Cogitauerūt āt. Jo. xij. c. In q̇busdā tñ ecclesijs legit̄ euāgeliū d̄ ꝓditione iude. Amen amen dico uobis nisi māducaueritis. cui recte premittit̄ lectio Jere. ubi dicit̄. venite cogitemus ꝯ iustū cogitatōes. hoc sabbatū ꝑuilegiatū ē qꝛ ut p̄misimus est dñs papa tuc elemosinas dat et mandatū facit. et quia hac ut q̇daꝫ dicūt xp̄s discubuit i domo simonis leprosi et martha ministrabat ei et maria lacrimis suis pedes ei⁹ lauit et proprijs capillis tersit.

De dñica sexta in ramis palmaꝝ Rubrica.

In dñica in ramis palmaꝝ et i passione dñi legit̄ Jeremias duplici rōne. primo qꝛ ipe manifestius de dñi passione ꝓphetisauit q̄ alius. Scḋo qꝛ ꝑ eius passionē prefigurata est passio domini qꝛ deplorando captiuitateꝫ iudeoꝝ ꝑ babilonos facta p̄figurauit et romanam quā icurrerūt ꝓpt̄ xp̄i passionem. In nocturnali aūt officio dicitur inuitatoriū. Ipsi uero non cognouerunt uias meas. quod dicitur inuitatoriū per contrarium. quia inuitat nos ad cognoscendum uias domini per contrariū actū iudeorum qui nō cognoscentes uias domini non introierūt in requiem ipsius. In primo uero responsorio ostēditur securitas paciētū tribulatōes et causa q̄re nō ē timēda tribulatio quia deus est adiutor. in die q̄ inuocaui te ⁊c. v̓sus est. In die tribulationis mee ⁊c. quia si deus adiuuat non est timendum. vnde Job. pone me iuxta te et cuius uis man⁹ pugnet contra me. et est p̄mi toni quia a solo deo sperandum est liberatio et auxilium. Sequitur responsoriuꝫ. Ingrediente domino. secundi toni quia laudabant pueri dominū. scilicet utramq̧ naturam in christo deitatem eum dicebant. Osanna. i. salua obsecro. humanitatem cum dicebant. Fili dauid. uel deum corde et ore pueri laudabāt. sicut iudei corde et ore conuitiabantur. Circa

diurnū uero officium dicendum est
ꝙ post sabbatum i q̄ ostenditur de
uotio marie sequitur dñica i q̄ ostē
ditur deuotio puerorum. vugemꝰ enī
dnm cū maria et cum pueris uenera
mur. et ideo facit ecclesia hac die ꝓ
cessionē corporaliter et spūaliter exie
rat enim pueri ex̄ castra obuiā dño
uenienti de bethania i ihr̄lm et nos
similiter debemus extra castra. i. ex̄
delicias carnis exire obuiā ei sicut
dicit apls. Exeamus extra castra im
pperium eius portantes et sicut illi
sic et nos in processione nr̄a cātamꝰ
Osanna. vnd in egressu ò ecclesia cā
tatur antiphona . pueri hebreorum
et nos debemus esse pueri. i. innocē
tes. et debemus esse pueri hebreorū
i. transeuntium omnia terrena siue
peccata. postmodum facit ecclesia
stationem i aliquo loco cōpetēti ut
cum deuotione ibi et leticia suscipi
atur vbum dei sicut christus qui est
uerbū pris susceptus ē cum leticia a
pueris in ihr̄lm. In scripturis enim
siue ẜmonibus est christus. vnde ip
se in euangelio. Scrutamini scriptu
ras. ille eni loquunť de me et ē dul
cedo scripture. Legitur aūt euange
lium de Mathe. xxi. c. Cum appro
pinq̄sset ihesus ihr̄lm ꝛc. misit duos
de discipulis suis dicens. Ite in cas
tellum qd̄ ꝯ uos est. vnde alibi legi
tur. misit discipulos suos septuagin
ta duos binos et binos. id est habē
tes geminam caritatem dei et proxi
mi misit inquam querere azinam ꝛ
pullum. i. iudaicum populum ꝛ gē
tilem ut eos duceret i celestē ihr̄lm.
et legiť ideo hac die q2 ibi ò fructu
passionis habeť . postea cātať. Oc
currūt turbe cū floribꝰ ꝛ palmis. nos
similr̄ debemus et occurrere cū flo
ribus ṽtutū et palmis uictoriarum.
palma eni significat uictoriā. vnde
iustꝰ ut palma florebit. ẜm Greg. ex
q̄litate palmarū designať ꝓficiens

uita iustorum q̄ est octaui toni ꝓpter
uictoriā xp̄i i capite et i mēbris per
quā puenit ad octauā resurrectōnis
Deinde redeunte ꝓcessione cantatur
cāticum puerorum. s. Gloria laus. per
aliquos ecclesiā īgrediētes ꝓsertim
ꝑ pueros q2 ingrediente dño i sanc
tam ciuitatem hebreorum pueri ꝛc. In
nocentes eni laudabāt eū. Et nota
ꝙ Theodolphus aurelianenẜ epūs
apud Lodouicū impatorem Karoli
magni filiū falso a quibusdam suis
emulis crimine accusatus ab eodem
est andegauis carcerali custodie mā
cipatus. Cumq; i hac dñica iux̄ do
mū i qua custodiebať ꝓcessio trās
iret ille fenestra aperta factoq; silen
tio hos pulcherrimos uersꝰ a se edi
tos. s. Gloria laus ꝛc. pn̄te impatore
cantauit cui in tantū placuerunt ꝙ
mox illū a uinculis absoluit et epā
tum sibi restituit atq; eos hac die i
fine ꝓcessionis cantari instituit. In
egressu ecclesie post canticū puerorum
cantať Rnsoriū Ingrediente domino
qd̄ ē pmi toni ꝓpter ṕmam etatem
q2 soli deo cantandū ē. Rursus cāti
cus puerorum q̄ fit ianuis clausis sig
nificat illud qd̄ cantus et occursꝰ pu
erorum significabat. ꝓfigurabat eni
occursū et leticiā angelorum recipien
tiū xp̄m in celum post resurrectōnē
quem sibi et sequentibus se ꝑ suam
sāctissimā passionē meruit apiri. cu
ius quidē clausio angelos no extra
miserať sed aditum hoibus nō ꝓhe
bat. et ideo pueri q2 sua puritate an
gelos significāt intra ianuas clausas
qui dño uenienti occurrēs ad aperiē
dum celum ut eorum repareť ruina
uersis uultibus cū leticia et clamore
ꝓferūt ymnū laudis q̄ eis q̄ sūt ex̄
cū gaudio ridentibus ipsos itrātes
cū xp̄o i suū consortiū receperunt.
Hinc ē ꝙ i ingressu ecclesie cantatur
rnsorium. Ingrediente ꝛc. declarans
hec q̄ dicta sūt figurari ꝑ ea q̄ fiūt

cū.n. ibi fiat mētio de resurrectōe. naꝫ ibi fit ꝺ palmis. q̄ uictoriā xp̄i ꝺ morte ꝛ diabolo significāt accipit ecclesia scḋm illoꝝ pueroꝝ i signū pcedēt eis quod iam dictū ē et factū istorum i recordationem illius. Sane añ crucē et in cruce rami uirides infigunt ad notandum ꝙ omnem uirtutū uirorem a crucifixo habemus. xp̄s eni ramus uiridis fuit hñs in se et nos ab ipso omnem uirorem uirtutū. Unde ipse dicit si in uiridi hoc faciunt in arido quid fiet. In summa ergo dū pcessionem facim⁹ xp̄m uenētē ad nos suscipimus. cū pueris obuiam⁹ si innocētiam seruamus. oliuas gerimus si pacis et misericordie opibus indulgemus. palmas portamus si ꝺ uicijs et diabolo uictoriā obtinem⁹ uirentes flores et frondes gustamus si uirtutibus exornamur. uestimenta sternimus carnem mortificantes ramos carpimus uestigia sanctorum imitantes. Quod pcessio ciuitatem uel castrū egreditur ouantet ad crucem et ad loca pmptiora siue emminētia uadens recolit pueros hebreos fuisse uersus montem olíueti innuēs etiam ꝙ absit nobis gloriari nisi in cruce domini nr̄i ihesu xp̄i. qui aūt pontifici ex vrbem iuxta crucem cū suis cōstituto occurrūt et cū ipo ciuitatem ingrediūtur accurrati⁹ agūt imitantur eni populū israhel ꝛ pueros eoꝝ q̄ extra ciuitatē dño occurrerūt et cum eo illam ingressi sunt. Hec ergo magna pcessio repn̄tat illam q̄ tali die facta ē a turbis et pueris iudeoꝝ cū ueniret ihesus iherusalem super asinam sedens significat etiam ꝙ dñs ad nos ueniet ꝛ ad eterna tabernacula nos ducet. uel forte recolit passionē filioꝝ israhel q̄ hac die siccis pedibus trāsierūt ꝛ cum triūpho terram pmissionis intrauerūt. Nec est hec pcessio inter alias dñicales cōputanda. hec eni ē

ecclesiarum duodecim lectiones legentium. quod faciũt in honorem duodecim apostolorum a q̇bus post xp̄m oīs doctrina xp̄ianitatis processit a q̄ cathecumini illuminãtur. et hij q̄nq; legunt. vj. grece et. vj. latine. q: xp̄s a iudeis ad gentes translat⁹ est. greca enim et latina līgua sunt principaliores inter alias et per eas apte totum genus omniũ gentium reparatarũ per xp̄m intelligimus. uerũ et si p̄missi legant. xij. lectiones non tñ cantant nisi q̄tuor cantica predicta. post quartam nãq; lectionẽ cantant p̄mũ canticũ. post. viij. scd̄m. post. xi. tercium. post. xij. quartum. Prima lectio ē. In principio creauit deus celum et terram. in q̄ homo ad ymaginem dei factus docet᷑. sed hec ymago pene amissa per peccatũ restauratur per baptismũ. Unde seq̄t᷑ scd̄a lectio. Noe uero cum esset ⁊c̄. que ē Genes. v. in fi. ⁊. vj. vij. ⁊. viij. c. in q̄ ondītur q̄ oīa pierũt in diluuio exceptis his q̇ in archa saluati sunt. diluuiũ est baptismus. archa ē ecclesia. oīa enim qui ex ecclesiam baptisantur piunt. et illi soli q̇ sũt i ecclesia merito saluantur. et q: post baptismũ debet esse patus ad temptationem. idcirco seq̄t᷑ tercia lectio. Temptauit deus abraham. q̄ ē Genes. xxij. c. in q̄ ysaac legit᷑ a pr̄e oblatus et aries pro eo imolatus. et ita dei filius pro nobis oblatus ē sed nõ eius diuinitas immo eius corpus pro nobis ē imolatũ. et q: in passione domini maiorem efficaciã baptismus recipit. idcirco q̄rta lectio. s. Factũ est in uigilia matutina. in q̄ ostẽdit᷑ q̄ i mari rubro submersi sũt egiptij et liberati hebrei. Sacerdos eni est moyses. baptismus mare. cereus columna ignis. cathecumini egiptij. baptisati hebrei. tres p̄me lectiones sũpte sũt d̄ geñ. quarta de exo. sũptum qd̄ est canticũ uictorie. Quīta lectio est. Hec est hereditas. sũpta de ysa. in q̄ agitur de baptismo ibi. Sicientes uenite ad aquas. ubi inuitant᷑ ad baptismũ. Sexta lectio est. Audi israhel. sũpta d̄ baruch. c. iij. sed cõuenĩẽtius dr̄ sũpta d̄ Jeremia q: q̇cquid scripsit baruch ab ore Jere. sumpsit. i ea agitur de xp̄i resurrectione q̄ in baptismi immersione significatur ibi post hec in terra uisus ē et cũ hominib⁹ cõuersatus est. Septima ē. Facta ē super me man⁹ domini. sũpta de ezechieli. xxvij. c. in q̄ agitur de generali resurrectõe cuius cã precessit resurrectio xp̄i ibi. ossa arida reuiuiscũt. Octaua ē. Apprehẽderũt septẽ mulieres uirũ unũ. sũpta de ysa. i q̄ xp̄s et eccl̄ie sac̄mentũ exp̄mit᷑ et etiã baptismus ibi. cum abluerit dñs sordes ⁊c̄. postq̄ seq̄t᷑ canticũ ysa. i psonas eccl̄ie uidelicz. Uinea facta ē. Nona ē. Dixit dñs ad moysen. exo. xij. c. i q̄ sub figura agni imolati xp̄i passio pro nobis imolati exp̄mitur. Decima ē. Factũ ē uerbum dñi. q̇ est Jone. iij. c. Sub figura eni Jone i mari piecti ⁊ a cete absorbti et tercia die euomiti significãtur passio. sepultura et resurrectio xp̄i. Undecima. Scripsit moyses. ⁊ ē deutro. xxxi. c. in fi. quam seq̄t᷑ suũ canticum. attende celũ. in quo p̄mittuntur premia renatis q̇bus in lectionibus lex dñi preponitur. Duodecima ē. Nabucdonosor. dañ. iij. c. in q̄ figurate ostẽditur q̄ sicut angelus in camino ignis flãmam extixit. ita spũs sanctus per baptismũ flãmã peccati extīguit. und̄ cathecuini baptismũ desiderãtes cãtãt cãticũ. Sicut ceruus desiderat ad fõtes aq̄rũ. qd̄ sũptũ ē d̄ psalmista. ad orõnẽ aũt q̄ post hãc lectõz seq̄tur non dr̄ flectamus genua. in detestatõz ei⁹ q̄ nabuchodonosor rex in contẽptum dei coegit pp̄lm genua flectere ante statuam auream quam erexerat.

Romani uero dicuntur legere uigin
tiquatuor lectiones. duodecī grece
et duodecim latine propter causam
scriptā sub sabbato q̄rte ebdomate
aduentus. primo legūt. xij. grece iux
ta translationem septuaginta inter
pretum que est autentica apud gre
cos. postea. xij. latine iuxta nr̄am et
ut significent cathecuminos funda
ri supra fundamentum apostolorū
et ꝓphetarū. postea descendūt ad
baptismum cum cātico. debent enī
esse fontes in ecclesia et non alibi.
quia mater est ex qua noua progeni
es generatur. ¶ Quicunq; ergo nu
merus fuerit ī lectionibus. quatuor
tm̄ sunt cantica. est autem canticum
sanctorum intercessio facta ꝓ cathe
cuminis ut ecclesie iungantur sicut
et cantus post baptismum est graci
arum actio de coniunctis et inter
cessio ut perseuerent. ideo autem cā
tica cantant᷑ quia cathecumini quo
rum est huius diei officium futuri
sunt in ꝓximo de cetu centumq̄dra
gita q̄tuor miliū cātantiū cāticū no
uum. cantantur. etiam ꝓpter futurā
renouationem in uerā innocentiam
q̄si iam factum sit qđ cito uenturū
sit. ex ꝑsona enim eoꝝ cātores canti
ca canunt q̄ ceteri cantari neq̄unt q̄
si maculati iterū post baptismū. uo
cant aūt cantica q: cantantur. uel
quia liber unde excerpta sunt canti
ca siue carmina uocantur. de ꝑmo
scriptum est. nunc cecinit moyses ⁊
filij israhel carmen hoc domino. de
scđo. sic cantabo dilecto meo canti
cū patruel᷑ mei. de tercio sic scꝑsit
moyses canticū. de quarto et đ om
nibus ita dicit Aug᷑. in ꝑfatōe cāti
ci. sicut ceruus. iđ q̄tuor cantica di
cunt᷑ q: scripture de q̇bus cathecu
mini instruuntur q̄tuor habēt intel
lectus. primū canticū habet intellec
tum historicū. Scđm allegoricū. Ter
cium moralem. Quartū anagogicū.

quorum unumquodq; subditur lec
tioni in eodem dogmate consistēti.
ac ideo ultimis q̄tuor lectionib᷒ q̄
de bonis moribus et celesti patria
disputant cōiunguntur duo cantica
q̄ de eadem materia loquuntur ut
ꝑmissum est. ¶ Illud quoq; nota
bile est ꝙ q̄ñocumq; fuerunt lectio
nes semper orationes sequentes ad
lectiones et tractus respiciunt ꝑce
dentes. et est preposterus ordo. a. l᷒
enim primo sacerdos orat. secundo
legit lectionem. et exinde succinit cā
tor. hic uero primo legitur ut neo
phitis doctrina fidei preponatur.
Secundo cantatur in persona illoꝝ
ut recognoscatur quanta sit deuotō
et hilaritas baptisandorum. q̄ cog
nita sacerdos orat confidenter ut
eoꝝ deuotio nō deficiat sed incremē
ta suscipiat. et sicut in lectionib᷒ ti
tuli supprimūtur sic eadē rōne ora
tionibus dn̄s uobiscum subtrahit᷑.
Et nota ꝙ in hoc officio lectiones
sūt q̄si spes magistroꝝ. cantica q̄si
beniuolentia auditorum. oīo sacer
dotis et rn̄sio populi. s. amen. sunt
quasi confirmationes beniuolentie
precedentis. Item hodie in lectioni
bus et letanijs senes precedunt ⁊ iu
uenes subsequuntur. ut. ĩ. dicetur.

¶ De benedictione baptismi seu
fontium ubi etiam agitur de cereis
cathecuminorum. Rubrica.

Quarto loco de bñdictione
fontium seu baptismi dic
turi premittimus. ꝙ ideo
fit hac die baptismus quia in eo cō
sepulti sumus xp̄o et propter hoc
baptisandus ter immergitur prout
infra dicetur. Secundo ideo q: bap
tismus partim a passione et partim
a resurrectione uim suam accipit. a
passione ablutionem a peccatī. a re
surrectione gracie inouatiōꝫ. Tercia

ratio quia sicut dominus tunc libe
rauit antiquos patres a carcere in
fernali. unde psa. Habitantibus i re
gione umbre mortis lux orta est eis.
ita et hac die liberarentur a peccato
originali. in fontium benedictione
et in cathecuminorum immersione
quidam utuntur simplicibus et li
neis indumentis ppter rõnem scrip
tam in pma parte sub ti. de altaris
dedicatione. de letania que in bene
dictione baptismi dicit j. dicet.
In benedictione baptismi sunt sex.
quoniam sacerdos orat aqua manu
tangit. uocem mutat. cereus immer
gitur et alij cerei illuminantur isuf
flat sacerdos et crisma miscet. Pri
mo ergo orat deum patrem et per
ihesum xpm implorat spm sanctum
ut in fontes descendat. ideoq; i mo
dum orationis legit. s; ante oia ab
astantibus sibi captat beniuolenti
am salutando eos dicens. Dominus
uobiscum. et illi rñdent. et cum spũ
tuo. quasi diceret dominus sit tecũ
in tanto sacramento perficiẽdo q a
sine eo nil potes. post sacerdos allo
quitur dñm quasi longe positũ ro
gans ut uelit adesse pñs. Omnipo
tens sempiterne de⁹ adesto magne
pietatis tue misterijs adesto sacra
mentis etc. Sed quia uidetur sacer
doti q insufficiẽs sit et indignus ad
inuocandũ tam magnũ dñm ideo
iterũ circũstantes monet et uocem
mutans dicit. Sursũ corda. et ipi re
spondent. habemus ad dñm. Iterũ
qr dñs dicit adhuc te loquente. ecce
assum. intelligẽs iam dñm esse presẽ
tem monet alios secum grãs ei age
re dicens. Gracias agamus domino
deo nostro. et ipi rñdent. dignum et
iustum est. postea sacerdos domi
no tamq; presenti familiarit loquẽs
dicit. Uere dignum et iustũ ẽ equũ
etc. et postea addit. Qui inuisibili
potentia tua sacramentorum mira

biliter operaris effectũ. postea po
nit duo in quibus significatum est
baptismũ. primum in exordio mun
di nascentis. Scdm in purgatione
mundi nocentis. Primũ est cũ dicit
deus cuius spũs ferebatur sup aqs
ut iam tunc inter ipsa pmordia mũ
di uirtutem sctificatõis aquarum
natura conciperet. i. conceptura sig
nificaret. Scdm cum subiũgit. deus
qui nocentis mundi crimina p aqs
abluens regenerationis spẽm i ipsa
diluuij effusione signasti ut unius
eiusdemq; elementi misterio et finis
esset uitijs et origo uirtutib⁹. respi
ce in faciem ecclesie tue etc. et termi
nat hanc orationem. ut tue maiesta
tis imperio sumat unigeniti tui gra
ciam de spiritu sancto. ¶ Deinde
ter tangit aquam manu. primo di
uidens aquam in modum crucis p
quam ut premissum est baptismus
maxime efficaciam recipit ut aqua
spiritu sancto fecundetur et spũs im
mundus expellatur. De fecundatõe
dicit. Qui hanc aquam regeneran
dis hominibus preparatam archa
na sui luminis admixtione fecũdet
etc. De expulsione demonis dicit.
procul ergo iubente te dñe omnis
spũs imũdus abscedat etc. usq; ibi.
non inficiendo corrumpat. Secũdo
aquam manu tangit ut eam per in
uocationem sancte trinitatis muni
at ne hostis ab illa expulsus redeũ
di habeat potestatem. unde tangen
do dicit. sit hec innocẽs et scta cre
atura libera ab omni impugnatõis
incursu etc. q ex adiectiuis ibi positis
conuicitur qr fons uiuus ad prẽm.
aqua regenerans ad filiũ. unda pu
rificans ad spm sanctum refertur.
Tercio aquam tangit cum cã in qtu
or pcit partes ut iam dicet. trinus
igitur aque tactus trinam sancte tri
nitatis operationẽ figurat. Hac
oratione finita bñdicit aquã dicẽs.

vnde benedico te creatura aque p deum uiuū ₇c. ubi tñ utitur uerbo pme persone.d. Benedico te.q pmo utebatur uerbo scōe dirigens smonem ad deum.uel tercio loquens d ipo uel de re benedicenda .utitur ergo nunc uerbo pme psone ut se ostēdat hoc facere misterio qd dñs facit auctoritate et sicut in baptismo dñi affuit trinitas ita et i nr̄o baptismo eā adēe oñdit.piēz adēe oñdit cū dicit. Bñdico te creaturā p deū ₇c.et filiū cū dicit. Benedico te per ihesum christum et per spm̄ sanctū. s.circa finem cum dicit. Descendat in hanc plenitudinem fontis uirt⁹ spūs sancti. ¶ Sed nō q in benedictione que est per patrem ponunt quinq miracula in aqua facta ante aduentum christi et i benedictione que fit per filium. alia quinq miracula in aqua facta post aduentum que licet non omnino eodem ordine facta sint quin opponuntur tam quantum ad misterium rōnabiliter ordinantur et posteriora congrue p oribus coaptantur. priora hoc ordine ponuntur. primo qui te separauit uerbo ab arida. Scōo cuius spiritus ferebatur super terrā. tercio q te de paradiso manare precepit. qrto qui te in deserto amaram suauitatem indita fecit esse potabilem. quinto et siciente populo d petra pduxit. posteriora sic ponūtur. primo q te in chana galilee mutauit in uinū. scōo q pedibus super te ambulauit. tercio qui in te a iohanne baptisatus ē. quarto q te una cum sanguine de latere suo pduxit. quinto q te in oīes gentes a discipulis baptisare pcepit. In omnibus enim his baptismus exp̄mit et posteriora priorib⁹ p antithesim rūdēt. ibi nanq in pmo miraculo aquam. s. baptismi uerbo sepato ab arida accedente uerbo terrenitatem peccatorum a nobis separat et hec in primo. similiter in baptismo aq̄ mutatur in uinū q₂ tristicia peccatorum expulsa mens nr̄a q̄dam spūali leticia inebriatur. q per uinū intelligit vnde uinū letificat cor hois. aqua i uinū mutari est timorem dei de peccatis conuerti in exultatōe mentis. item ibi dr̄ in secūdo miraculo.cui⁹ spūs sanctus ferebatur super aquas et hic similiter in scōo dr̄. qui pedibus super te ambulauit.et hec duo bene conueniunt quia in baptismo sicut in alijs indiuisibilis est opatio patris et filij et spūs sancti.et utrobiq dicitur sup. quia gracia que cōuertitur de supernis est.et ut notet q dominus potentiam suam non allegauit. Item ibi dicitur in tercio. q te de paradiso ₇c. hic.qui i te a iohāne baptisatus est.quia gracia de paradiso manans aquis in baptismo est infusa. vnde de baptismi gracia ecclesia pfluens in quatuor partes orbis dilatata est. quod quodāmodo factū ē qn̄ domin⁹ baptisat⁹ est a iohanne. q₂ tūc oīs aque vim regeneratiuā susceperūt. Rursus ibi dr̄ in quarto. qui te i deserto amaram suauitatē indita fecit potabilē hic dicitur. qui te una cū sanguine de latere suo pduxit. quia in gentilitate q pri⁹ erat a dño deserta aq̄ baptismi reficiendi mentes et sanādi habet effectum. dulcorata autem fuit aqua quia per passionem cruc maxime baptism⁹ recipit efficaciaz. vnde in cruce de latere domini aq̄ pfluxit. Item etiam ibi in quīta dr̄ et siciente populo de petra pduxit. hic uero dr̄. qui in te omnes gētes per discipulos baptisare pcepit. q baptism⁹ a petra xp̄o originem hn̄s populū eū desiderantem reficit. nō eni pdest baptismus nisi sicienti eū i. desideranti uel in se uel in alio. vñ discipulis preceptū est ut baptisarēt

omnes gentes in nomine patris et filij et spiritus sancti. sicut in ulti. Math. dicitur. Hic est notandũ ꝙ ubi dicitur. q̇ te de paradiso ma nare et totam terrã rigare precepit ibi sacerdos aquam manu in q̃tuor partes effudit ut oñdatur ꝙ gracia baptismi in q̃tuor ptes orbis sit di latata. Ceterũ sacerdos ipe sepe uo cem mutat. in p̄mis eni orat deũ ut digneẽ mũdare mẽtez eiꝰ ad suscipi endũ spm̃ scm̃ et depcatur eiꝰ aduẽ tũ et iõ uoce humili. s. in modũ ora tionis legit q̇ uocis humiliatio ẽ ad spũs sãcti aduentũ et ad eiꝰ dignã receptionẽ mentis p̄paratio. Postea uero indicans se illũ habere legit in modũ p̄fationis agens grãs qꝛ tam magnus hospes dignatus ẽ ad tam humile hospiciũ descendere et reco lens miracula iam p aquã facta. de inde post bñdictõz q̇ fit per filiũ q̇ terminatur. in nomine pr̃is et filij ꝛ spũs sancti mutat uocẽ iterato. cũ eni usq̧ tũc in modũ p̄fationis can tauerit. postea legit in modũ lectõis uoce. s. humiliori q̇ uocis humiliatõ est signũ humilitatis. humilitas eni nr̃a p baptismi regeneratõz ad alta poloꝝ redditur. dicit ergo sacerdos hec nobis p̄cepta seruãtibus ꝛc̃. q̃si diceret. nõ audirẽ tãtam et tam altã rem. s. spm̃ scm̃ ut i creaturã aq̃ des cendat inuocare nisi tu p̄cepisti nob̃ baptisma exercerẽ. et addit sacerdos Tu deꝰ oipotens clemẽs adesto tu benignꝰ aspira. ubi illõ orat ut sicut i predictis miraculose i aq̃ opatus ẽ. ita mõ faciat uidelꝫ ut pr̃ter nõlem emẽdationez quã possunt aq̃ adhi bere corporibus sũt etiam purificã dis mentibus efficaces. post hoc al ta uoce clamat sacerdos. Descẽdat i hãc plenitudinẽ fontis uirtus spũs sancti tui. iõ alta uoce ut altũ mẽtis desideriũ designet. et tunc deponiẽ cereus in aquam q̇ cerei immersio est spiritus sancti aduentus seu mis sio qua in aqua baptismi in specie columbe descendit. Scd̃o ideo cere us in aqua deponitur qm̃ corpus xp̄i per ceram significatur in baptis mo aquas sãctificauit et uim rege neratiuam illis contulit. Tercio bap tismus cerei remissionem peccatoꝝ significat quã p xp̄i mortem conse cuti sumus. Habent quoq̧ neophi ti cereos suos extictos q̇ ꝛ si plures sint p uno reputantur. et in q̇bus dam ecclesijs statim cũ cathecumi ni baptisati sunt illuminãtur. in q̇ busdam uero differtur eoꝝ illuiatõ usq̧ ad agnus dei qđ cantaẽ in leta nia. et in q̇busdam etiã usq̧ ad mis sam qñ uidelicet alij cerei ecclie illu minanẽ. Sane cerei q̇ statĩ post bap tismũ accẽdunẽ significãt ꝙ p tur bationẽ peccatoꝝ committatur illu minatio grãrũ q̇ differũt usq̧ ad ag nus dei significat ꝙ p agnum q̇ tol lit peccata et in tenebras mũdi rena ti et fideles illuminãtur. q̇ uero dif ferũt usq̧ ad missã iõ faciũt qꝛ mis sa illa ad noctẽ ptinet resurrectõnis dñice ut sicut nox illa irradiata fuit splẽdore dñice resurrectõis ita et a lumine nr̃o irradieẽ ꝛ ut neophitos nr̃os xp̄o cõsurrexisse significemꝰ. ꝛ ppter eandẽ cãm alij cerei ecclie ad missã illuminanẽ et s̃m hoc cerei ca thecuminoꝝ sũt sine lumie usq̧ dũ alij cerei ecclesie illuminẽtur. ad no tandũ ꝙ postq̃ spũs sãctus purga uerit corda eoꝝ et eos ĩtroduxerit i societatem et unitatẽ ecclie tũc illu minabit corda eoꝝ. De cereis etiam neophitoꝝ diceẽ i ti. đ. vij. diebus post pascha. post ĩmersionẽ cerei in q̇busdã ecclesijs sacerdos insufflat i aquã dicẽs. q̇ totã huius aquã sub stantiã regenerandi fecũdet effectu. primo ut sicut in exorcismo cathecu mini spũs ĩmundus ĩsufflatur ut ab homine recedat. ut. j. dicetur. ita et

in exorcismo aqua ut ab ea expella
tur et adimpleatur qđ dñs inquit.
nūc pricipes mūdi huiꝰ eiciētur fo
ras. scđo ut intelligat sathanas quā
tus habeat et tam leuiter uidelicet
p suauem exsufflatōꝫ pōt expelli. ter
cio ut sacerdos oñdat q̄si ignomia
diabolus dignus sit ab aquis expel
li. insufflat aūt sacerdos ter qꝛ spūs
sanctus tria opatur in baptismo. a
uicijs purgat. uirtutibus ornat et
tandē premio eterno coronat eos in
q̇bus fit hec inflatio ut dicet ubi đ
immundi spūs expulsione agetur.
post exsufflationem munitur aqua
iterato crucis signaculo per inuoca
tionem sancte trinitatis ne habeat
potestatem diabolus ad eam ampli
us redeūdi. postremo fit admixtio
crismatis in aqua sicut dictum est.
unde dicitur in Burcardo. liiij. bene
dicimus fontes baptismatis oleo
unctionis. et Aug. xi. di. ecclesiastica
rum. eisdem uerbis utens subicit ꝙ
hoc magis tacite siue sine scriptura
ac mistica rōne introductum est q̄ꝫ
per aliquam scripturā. p huiusmōi
ergo admixtionem unio xp̄i et eccle
sie significatur. nam crisma est xp̄s
aqua populus. et dicitur sanctifice
tur fons iste. ex quibus đbis ad q̇d
fiet admixtio satꝭ datur intelligi. Et
nō q̄tuor esse genera sacre aq̄ bn̄die
te. put in. iiij. pte dictū est ubi agit̄
de aque benedicte aspersione.

De baptismo ubi etiā agitur de
uestibus quas neophiti quarto die
deponunt et de patrinis. Rica.

Quinto loco est de baptis
mo dicēdum. đ scrutinijs
uero q̄ precedunt baptis
mum solennem et đ multis ad bap
tismū ptinentibus dictū est sub q̄r
ta feria tercie ebdomade quadrage
sime. primo est notandum ꝙ bap
tismus grece interpretatur unctio la
tine uel lotio. baptismus quidem p
aquam confertur ut res inuisibilis
per illud uisibile elementum confe
ratur super quo spūs sanctus in p̄n
cipio ferebatur. sicut enim aq̄ corpꝰ
uisibiliter purgat exterius. ita latēt
baptismus animam. unde August.
i. q. i. detrahe. aqua corpus tangit
et mentem abluit. Et est notandum
ꝙ pagani siue gentiles circa fontes
templa sua facere solebant. uel saltē
ibi semper purificari credebant et
inde delubra aquam habebant per
cuius aspersionem uocabantur pu
rificantia et ita quodammodo figu
raliter ad baptismum tendebant.
nos uero ab eorū consuetudine bap
tisma non sūpsimus. immo a tribus
que in ueteri testamento fuerunt. s.
a cathecismo. i. diluuio et a mari ru
bro et a iordane que baptismi figu
ra fuerunt. Baptismū dominus isti
tuit cum de latere suo sanguinem ⁊
aquam produxit quem postea q̄si
lege edictali sanxiuit dicens. nisi qs
renatus fuerit ex aqua et spū scō nō
introibit in regnum celorum. et ipse
dominus baptisatus est in sua passi
one. unde inquit baptismo habeo
baptisari quo coartor usqꝫ dū perfi
ciatur. fieri debet baptismꝰ i aqua
qꝛ illa copiosa inuenit̄ et hāc spūs i
p̄ncipio legit̄ fouisse et qꝛ sordes ab
luit. sitim opprimit. ymaginē reddit.
sicut cātat̄ đ narcisco ignē extiguit
sic i baptismo a peccatoꝝ sorde la
uamur. a fōte uite potamur ymagieꝫ
pditā restauramꝰ. vn̄ ignis penaꝝ ex
tiguit̄. debꝫ aūt aq̄ esse uiua ⁊ pura
posset tn̄ fieri etiā i resoluta siue a
niue siue a glacie siue a lacrimis ter
re siue etiā ex īstitutōe victoris pape
i. i mari siue i flumine siue in lacu si
ue in fontibus. non aūt licꝫ baptisa
ri in aq̄ cōdita ut in ceruisia uel me
done. nec etiam in aliquo liquore

ut in vino uel oleo. sed si ali⁹ liquor aque admisceat̃ bene fit baptism⁹ dum tñ aq̃ preualeat. cottidie enim mari nouus liquor uel sputũ uł̃ vrina additur et tñ ibi baptisat̃. aliq̃ tñ ꝯdicunt hoc notant de conse. di. iiij. c. i. x. i. q. i. detrahe. ¶ Porro, tñ ſm canonicã traditõz de conse. di. iiij. duo. et. c. se. solenne baptisma in duobus dũtaxat sabbatis celebrat̃ uidelicet in isto et penthe. quare in isto p̃missum ē. in scd̃o q2 spiritus sanctus in die penthe. donat̃ nobis ꝑ quem facta ē remissio peccatorũ ut dicetur ibi. alio uero tp̃e non licz baptisare nisi necessitatis cã que est quadruplex. de conse. di. iiij. hij q̃. et. c. se. scd̃a est gentiliũ persecutio. tercia naufragium. quarta egritudo. potest tamen egritudo hic large accipi ꝓ infirmitate nature que facile dissolui potest ita quia nescim⁹ diē neqꝫ horam. et ob hanc causam singulis diebus et horis fit baptismus non solennis. v. di. baptisari. ¶ Solennitas tamen baptismi saltem in paucis ad p̃missos duos dies ꝓpt̃ similitudinem et memoriam reseruatur. Greci uero baptismum celebrare solent in epiphania. pro eo q͂ tunc dominus fuit baptisatus. ꝓut sub festo dictum est. celebrari etiaz debet baptismus solennis hora nona. ut dicet̃ sub sabbato pẽthe. Sciendum autem ē q͂ baptisandus cum primo ad ecclesiaz uenit p̃usq̃ꝫ immergatur interrogatur utrum abrenunctiet diabolo ⁊c̃. quod poti⁹ usu q̃ꝫ per aliquam scripturam itroductum est. ſm Augustĩ. xi. di. ecclesiasticarum. et ecclesia respondet. abrenunctio. et iterũ utꝝ credat in patrem et filium et spm̃ sanctum. et respondet ipa. credo. In his autem diebus de uita et fide instruit̃. ꝺ uita cũ docet̃ abrenũctiare diabolo ⁊ oibus pompis siue operibus eius.

de fide cũ docetur credere in trinitatem. et ꝓpter hoc due fiunt consequenter unctiones. s. in scapulis et in pectore. iõ aũt fit huiusmõi interrogatio et r̃nsio ut uacua domus a prisco hitatore defta fide ornet̃ et dei hitatio p̃paret̃. Augꝰ. e. di. i. dicit q͂ etiã fiunt hec iuxta saluatoris imꝑium qui ad patrem in celum ascensurus discipulis suis id est apostolis dixit. Euntes docete omnes gentes baptisantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti. interrogat etiam si credat in sanctam ecclesiam remissionem peccatorum et carnis resurrectionem. non tamen ſm ipsum Augusti. eodem modo ĩterrogamus ut quomodo in deum credimus sic et in sanctam ecclesiaz et catholicam credamus. sed propterea sancta ecclesia et catholica est quia recte creditur in deum non ergo diximus ut in ecclesiam quasi in deum crederetis sed ut in ecclesia sancta et catholica conuersantes in deum crederetis etiam resurrectionem carnis que futura est. innuit ergo Augꝰ. ex p̃missis uerbis q͂ p̃positioni repetitur dum dicitur. in sanctam ecclesiam. et sensus mutatur. ꝺ quo dictum est. sub quarta parte sub ti. de simbolo. planior tamen intellectus est ut ipsa prepositio premittatur nec repetatur ut sit sensus credo ecclesiam sanctam catholicaz i. fidem catholicam tenentem esse sanctam. i. iustam et bonam. uel ecclesiam sanctam. i. esse sanctificatam et firmatã et sẽp ꝑseueraturam. ita q͂ nũq̃ꝫ deficiet. uel credo sanctam et catholicã eccl̃iam esse unam et in unitate cõsistere. patrin⁹ aũt ꝓ baptisãdo iterrogat̃ ut iã dicet̃. post interrogatõz et r̃nsionẽ sacerdos ter i faciẽ baptisãdi exsufflat. ad notãdũ q͂ seua potestas. i. malign⁹ spũs ab eo exsufflatur. i. exsufflãdo expellit̃

seu in proximo expellendo significatur ut per ministerium sacerdotis misteriū spiritui sancto cedat fugiens spūs malignus. Hinc etiā ait Aug⁹. e. dis. sicut nosti. ergo paruuli exsufflantur et exorcisantur. i. increpantur seu adiurantur ut expellatur ab eis diaboli potestas inimica que decipit hominem ut possideat homines. hec aūt exsufflatio siue exorcisatio et si non prosit aliqd ad uitam qr adhuc i eis mors manet. prodest tñ ut inimic⁹ minus ei nocere pōt. adest eni spiritus non solū uerbis q̄ dicūtur in nomine suo uerū etiam significationibus q̄ fiunt in honore suo. ¶ Et est notādum q exorcismus grece latine dr̄ adiuratio ut est illud. exi ab eo immundus spūs. Cathecism⁹ āt ꝛ exorcismus neophitorum sunt. precedunt enim baptismū et magis debēt dici sacramētalia q̄ sacramenta. i. ad sacramentum ptinentia uel preludia noui baptismi. sine eis tamen pōt esse baptismus. Cathecismus uero grece latine dr̄ instructio. inde cathecisare. i. instruere in simbolo et fidei rudimentis. inde etiam dr̄ cathecuminus grece qđ ē latine audiēs uel instructus. qr adhuc doctrinā fidei audit nondū tñ baptisatus ē. licet sit in fide instructus. q̄ et cōpetens uocat. e. di. simbolū. xxxiiij. di. audire. palea ē q̄ post fidei instructōꝫ et post acceptā penitētiaꝫ competit grām xpi recipiēdū. neophitus uero grece latine dr̄ nouell⁹ ꝛ rudus uel nup renatus interpretatur. ¶ Hoc quoq3 sciēdū ē q sicut sūt septē dona baptismi. xxx. q. i. c. i. primū est salis collatio. dat eni sm̄ Rabanū de conse. dis. iiij. ex hinc. et. c. se. et Bedam sal bñdictum in os baptisādi ut per sal typicum. i. figuratiuum sapiētie sale conditus iniqtatis fetore careat. i. carere significetur ne a uermibus peccatoꝝ ultra putrefiat sed magis illesus seruetur ad maiorem grām percipiendaꝫ. sal quoq3 significat prima fidei documenta sine quoꝝ condimento insulsus ē omnia homo. de quo et de sale dictū ē in prima pte sub ti. de conse. alta. ꝛ eccle. Secundum est aurium et narū cū sputo linitio quod fit primo exēplo christi qui lutum cum sputo faciēs mutum et surdum sanauit et oculos ceci nati liniuit exspuens liguaꝫ ei⁹ tetigit et digitos in eius auribus iponēs dixit. effeta quod est aperire. xxiiij. q. iij. §. ia ita scđa. sm̄ Rabanum eadem dist]. aut baptismum. et. c. postea tangūt. ꝛ. c. i. ꝛ. c. propter. hoc sacrāmētū io agit ut per saluā typicā. i. figuratiuā sapiētie dei et per sacerdotis tactū sapiētia ꝛ ūtutis diuine salutē eiusdē cathecumini operetur ut apiant ei aures ad capiēdū odorē naticie dei ut apiātur ei aures ad audiēdū mandata dei. ut apiant ei sēsus i intimo cordis ad rñdēdū sacerdoti ū articulis fidei iterrogāti. digiti g° q̄ i aures mittunt ūba siue dona spūs scti sūt. Tercio per h° q aures saliua tāgunt significat ꝛ petit q doctrina q̄ ū ore altissimi fluxit per aures ei⁹ itret eiq3 suaue redoleat. saliua nēpe xpi. i. dulcedo ūboꝝ ex ore ei⁹ defluētiū ꝛ ipa xpi diuinitas nos sanat. Quarto etiā nares tāgunt ut diuinā suscipiāt ūtutē per quā bonū a malo discernāt odorē ꝛ sanā doctrinā separe ualeāt a fetore heretice prauitatis. vñ i ecclesiastico dr̄. Nasus tuus sicut turris libani q̄ respicit ō damascū. Quito ad notādū q quādiu sputū narib⁹ trahet i fide precepti manere deb3 et aures et ūbis euāgelicis pateāt ꝛ uarias et inutiles fabulas a se repellant. Sexto sm̄ Ambro. e. di. ppt. propter glām siue dignitatem muneris ꝛ operis non tangit os cum saliua sed nares ut bonuꝫ odorē accipiant pietatis eterne.

Tercium et quartum est in pectore et inter scapulas cum oleo facta. de quibus dictum est in pma pte sub ti. de conse. Quintum est baptismi absolutio. e. di. uenit. Circa qd notandum qp trina fit immersio seu lotio in baptismo in nomine trinitatis. s. in nomine pris et filij et spiritus sancti. e. di. postq̃p. et. c. de trini. et. c. se. quia etiam in fine trinitatis baptismus fit in qua trina imersione triduana dñi sepultura significatur fuit tribus noctibus in corde terre. trina quoqp fit immersio qr i baptismo a triplici peccato. s. cogitationis. locutionis et opatois mundamur. et a triplici transgressione legis. s. legis nature. legis mosaice. et legis euangelice. non igit debet qs tm semel immergi p eo qp xps semel mortuus est. e. di. psbiter. debet tm semel baptisari tm. quia tm xpus semel mortuus e et sepultus et resurrexit. q tria in baptismo significat. et licet trina fit imersio tn unu est baptisma. e. di. eode. Item quia tm una est fides idcirco unum debet esse sacrametu eius. iux illd. una fides unu baptisma. immersio etia fit in modu crucis. qr qui baptisat mundo crucifigitur et cruce xpi affigit. Trina quoqp ab aqua eductio triduani temporis exprimit resurrectione. si tamen qs ita eger sit ut no possit ter sine lesione immergi. sufficit illu aqua aspergi ut pbatur multipliciter i canone Cipriani. e. di. ne qcqp. et nota. e. di. si quis autem. Licet qdam illud intelligant de aque benedicte aspersione. sed et si magna corporis pars pter caput infundit. uel saltem caput baptisatus quis reputatur et non aliter. licet quidam etiam si sup pedem aqua ceciderit reputent baptisatum. pueris baptisatis nomen imponitur in baptismo qd n. de est quia baptism9 e uicar9 circumcisionis in qua nomina pueris imponuntur. hebrei eo qp tepore circumcisionis abrahe nomen fuit immutatum. cum enim prius dicebatur abram. postea uocatus fuit abrahaz. sed si baptisato obliuione nomen no imponit uel forte errore masculo nomen femine uel econuerso imponitur tenet quide baptism9 nec iterabitur. xxix. q. i. § . i. ff. de cotrahen. empti. inuentionibus. C. de testi. si in nomine. et nomen in confirmatione frontis denuo imponet ex de sacra. non. ite. c. i. Sexta est in uertice. i. in summitate capitis sup cerebrum cum crismate facta pmixtio. de quo in pma pte sub ti. de cose. dictum est. Septima est in frote crismatio. de qua infra dicetur.

Datur autem in quibusdam locis baptisatis candida uestis in signu sacerdotij. et quedam rotunda mitra in signum corone regni uite qa ipe est membrum xpi qui est rex et sacerdos. omnes enim uere xpiani reges et sacerdotes dicuntur. unde pe. apls ait ex de sacra vnctj. Uos estis genus electu regale sacerdotiu reges qr seipsos et alios regunt. sacerdotes qr seipos dño offerut. iux illd apli. obsecro uos p misericordiam dei ut exhibeatj corpora vra rc. Scdo crismale seu uestis candida q sup caput baptisati ponitur significat fm Rabanu. ea. di. post baptismu. et. c. se. iteriorj et exteriorj hois castitate et inocetiam et puritate xpianam qua post ablutas ueteres maculas studiose suar debz. iux illud. omni tpe uestimeta tua sit cadida. Tercio renati albis induutur uestibus ad designadu misteriu eccle resurgetis. Designat eni p hoc corporu et aiaru futura resurrectio gloriosa et etia resurrectio a peccatis atqp angelic9 nitor. recte ergo baptisati albis utut uestib9 ut quoz prime

natiuitatis faciem uetusti errorum pā
nus fascıauit babitos scoo regenera
tionis preferat glorie indumentum.
unde uestis ipsa duplex est quasi in
modum cappe manicate q2 sācti du
plicia.s.beatitudinem et gloriā pos
sidebunt.ipse aūt uestes sunt stole
albe de quibus dicitur.Et date sūt
illis singule stole. Stole eni baptis
mi.palme uero triūphum insinuāt.
Quarto bec alba uestis corpus. ipe
uero ablatus aiam significat. In p
uincia narboñ.bec alba uestis linea
in sui summitate cum filo rubeo sua
persuitur aut alia uarietate insignit
quādam quodāmodo pretendens
coronam.nempe alba uestis innocē
tie stolam q̄ nobis in baptismo red
ditur significat rubea fimbria que
supersuitur christi passione per quā
baptismi sacramentum impletur de
signat.coronam pretendit in signū
corone regni ut premissum est. Rur
sus ideo crismale candidum filo ru
beo insignitum baptisatis datur ut
sint solliciti seruare candorem uir
tutum quam in baptismo per passi
onem domini rubricatū receperunt
iuxta illud.Quare rubeum est uesti
mentum tuum. vnde in apocalip.
Beatus qui custodit uestimenta ne
nudus ambulet.Sane albati seu ne
ophiti huiusmodi albam uestem p
septem dies portant quia hoc tem
pore quod septem diebus agitur ī
nocentiam per bona opera exercere
oportet.iuxta illud qđ ait salomon.
omni tempore uestimenta tua cādi
da sint et oleum de capite tuo non
deficiat. In octaua uero die illa3 de
ponunt quia in etate quam dies oc
taua significat ab omni opere uite
pñtis cessabimus.tunc eni aduenīēt
in ueritate oīs figura cessabit.q̄ per
cādidā uestē īnuitur.nam tūc erim⁹
utroq3 bomine.i.aīa et corpore glo
riosi.Rursus bec uestis candida cor
pus significat qđ omni tempore ui
te nře qđ p septenariū agit᷑ mundū
seruare conuenit.ī fine uero uite nře
illud deponimus aliud gloriosum
sumpturi qđ erit ī octaua etate. me
rito ergo illam septem diebus serua
mus et in octaua deponimus. unde
Salo.da partem septenam et octa
uam.Seruatur quoq3 bec alba ues
tis de sabbato in sabbatum qñ in
sabbato sancto uel penthe. baptisa
ti sunt. ad notandum q3 si mundici
am corporis seruauerimus de sabba
to peccatoris transituri sum⁹ depo
sitis corporibus ,ad sabbatū eterni
tatis et exuit᷑ ī alio sabbato ad notā
dum q3 aīa illi⁹ de corpore exiēs sab
batum.i.requiem inuenit si eius ues
tis fuerit alba. pari quoq3 rōne cō
firmati siue in fronte crismati usq3
ad septimam diem lauari nō debēt.
cum enim ecclesia tanto tempore ce
lebret aduentum spiritus sancti sup
apłos merito unusquisq3 spm̄ sanc
tū accipiens tāto tpe celebrare deb3
illius aduentum in se singulos dies
p sīgulis donis celebrando.bec aūt
uestis uni īposita alteri pōt īponi si
necesse fuerit put iam ō pāno quo
caput ɔfirmati alligat᷑ dicet᷑.q̄uis
meli⁹ sit nouā hīc. In q̇busdā eti
am locis baptisatis dant᷑ calciamēta
q̄ sūt dñice mortis īsignia ut exēplo
ei⁹ q̇ p nobis passus mortuus ē car
nē suā uicijs ⁊ ɔcupiscēcijs mortifi
cet baptisat⁹. Dat᷑ quoq3 cādela il
lūinata ī manu baptisati ut cū dñs
ad nuptias uenit sit sēp pat⁹ ei ī au
la celesti occurrere cū lūinarijs ūtu
tū ⁊ bonoꝝ opeꝝ.ō cereis etiā neo
phitoꝝ.s̄.dictū ē. ¶ Sane legit᷑ in
canone greg.e.di.neq3 absit q3 iude
is baptisādis.xl.dieꝝ abstinētia idi
cēda ē.et si postq3 baptisati sūt apo
statauerit cogēdi sūt fidē suarī filij
quos circūciderūt ab eoꝝ ɔsortio se
pent᷑.serui uero eoꝝ circūcisi ab eis

pro iniuria corporis sui liberati tra
dantur.e.di.plerisqꝫ. et ex̄ ꝺ bapti.
maiores.et in concilio agathenen̄.e.
di.iudei.statutū ē ꝙ iudei baptisā
di qui ꝺ facilꝫ ad uomitum redeūt
ix.menses sint prius int̄ cathecumi
nos.Eger quoqꝫ sicut ait.ea.di. nec
quicq̄ꝫ.baptisari pōt.mortuus uero
non.nec eucharistia sibi dari sicut
legitur in Burcardo.li.iiij.c. cauen
dum ē.et in li.v.c.idem placuit. sꝫ
sicut in.e.li.iiij.c.subito. legit̄ subi
to obtumescens sic si tn̄ uolūtatꝫ p̄
terite testimoniū ꝺbis habꝫ aut pn̄
tis ānuit i suo nutu.xxv.q.vij.is q̇.
pregnans uero mulier si baptiset̄ n̄
intelligitur ꝭm Isido.e.di.q̇ in ma
ternis.et.c.baptisata.partus bapti
satus i uentre qꝛ q̇ adhuc nat⁹ ꝭm
adam non ē ꝭm xp̄m regenerari nō
pōt nec dici regeneratio in eo pōt i
quo generatio nō p̄cessit. baptisan
dus ergo est q̇ ex baptisato nascit̄.
⸿ Tenendū quoqꝫ ē ꝙ discipuli et
apl̄i baptisati fuerit.e.di.qn. et. c.
se.et no.i.c.aliud.q̇ etiā alios bapti
sabāt.put dicet̄ sub penthe.qꝺ de
Jo spēalit̄ Jero.ꝺ peni.di.ij. si eni i
p̄n.attestat̄ et augꝫ.de pau.de cōse.
di.iiij.si eos.Item statutum est i cō
cilio carthaginen̄.ea. dis. mulier.ꝙ
mulier quamuis docta baptisare n̄
presumat nisi necessitate urgente.
Rursus in concilio lugdunen̄.e. di.
si quis de alio.statutum ē ut qui p̄
terqꝫ in mortis necessitate cū ueteri
crismate baptisauerit deponatur.
In concilio plerden̄.de conse. distꝫ.
iiij.omnis presbiter.statutum est ut
omnis presbiter qui fontem lapide
um habere non potest uas cōueniēs
ad hoc solū officiū habeat.quod ex
tra ecclesiam non deportetur. debꝫ
ergo fons esse lapideus nam et si ꝺ
silice aqua in baptismi presagium
emanauit.sed et xp̄s q̇ est fons uiu⁹
est lapis angularis ⁊ petra. ⸿ Hoc
quoqꝫ notandum est ꝙ per circum
cisionem delebatur olim originale
et nūc p baptismū.e.di. ex quo.ex̄
e.maiores.put sub ti.de circūcisiōe
dictū ē.ideo autem originale pecca
tum oībus nocet.qꝛ qn̄ adam pe
cauit nondū aliq̇s ex eo fuerat ma
terialiter p̄seminatus.e.di. q̄ris. et
xxxiij.q.ij.§.i. Ipsum autem ori
ginale peccatum in ipsa anime infu
sione contrahitur.quia tūc tres pri
cipales uires anime debilitant. hoc
nota eadem distꝫ.non ex quo. i p̄n.
sed originale peccatum contrahitur
solum ex carnis corruptione quare
imputatur anime.Rndeo quia ani
ma condelectatur carni uel melius
ut ibidem q̄dam retributio notetur
anima enim primi hominis prius
peccando carnem ipsam corrumpit
unde modo corruptio carnis ani
mas corrumpit.hoc nota.eadeꝫ di.
s.non sanctificatus. ⸿ Circa bap
tismi formaꝫ notandum est ꝙ sicut
ait Allexander papa tercius. extra
de baptis.c.i. si quis puerum ter
in aqua immerserit in nomine pa
tris et filij et spiritus sancti amen.
et non dixerit.ego baptiso te in no
mine patris et filij et spiritus sanc
ti.non est puer baptisatus. sed et si
immerserit ter puerum nihil dicens
baptisatus non est.uerum tempore
apostolorum baptisando nihil ali
ud dicebatur nisi baptiso te in no
mine trinitatis. de consecra. distꝫ.
iij.in sindo.et ita explicite dicebat̄
uel etiam implicite.utpote in nomi
ne domini nostri ihesu xp̄i. ⁊ bapti
sabantur in stagnis et fluminibus
Sed btūs Clemens.ij. a beato pe.
ex ipi⁹ doctrina unctōꝫ olei crismatꝫ
addidit postea Leo papa Damasi
et ambro.exorcismos et bn̄dictōs ⁊
ceteras solēnitates adiecerunt.
Baptismi aūt forma nō uiciat̄ si q̇d
in ea superflue ponit̄.hoc nō.e.di.

sanctificatur. ut si dicat baptiso te
in nomine patris et filij et spiritus
sancti et diaboli. uel arma uirūq ca
no. uel si quid pretermittitur forme
uel si dicatur. arma uirūq cano. et
ego baptiso te rc. si uero aliquid in
terponat ut si dicat. ego baptiso te
et deus ē in nomine pris et filij et
spiritus sancti. dicunt quidā non es
se baptisatū. alij uero contradicūt.
si autem uerborū ordo forme mute
tur ut sic dicit. baptiso te in nomine
patris et filij rc. dicunt nō esse bap
tisatum. quia ordo uerborū ē de for
ma. si uero mora naturalis et cōpen
diosa interponatur puta respirādo
tussiendo uel screando non obest.
¶ Ceterū forma pnunciari pōt lit
teraliter. uulgariter. grece. latine et
armenice. hoc legit et no. ea. di. mu
lieri. et. c. se. idem eni sunt effectus
licet uoces non sint eadē ꝭm aristo.
unde grecus huc ueniens baptisat i
greca ligua et ecōuerso. qꝛ apli loq
bantur uarijs liguis. Hinc ē ꝙ si qs
dicit. baptiso te in nomine genitoꝝ
et nati sine geniti et sancti flaminis
baptisatus est. bn̄ eni fit baptismus
sub noibus sinonimis. Sed si dicat
mergo te in nomine pris rc. non est
baptismus qꝛ illud uerbū mergo n̄
est sinonimū cū illo uerbo baptiso
non fit eni baptismus si dicat. bap
tiso te in nomine triū psonarū uel i
nomine trinitatꝭ. uel in no. xpi. uel si
baptisauerit i tribus principijs. aut
in filijs aut in tribus paraclitis. uel
si obmittatur aliquid de tribus p
sonis puta spūs sancti uel filij uel
patris. sed etiam si diceretur. in no
mine paternitatis et filiatōis rc. nō
esset baptismus. Item si obmittere
tur hoc pronomen ego. dicēdo. bap
tiso rc. tenet qd est qꝛ pronomen il
lud subintelligitur unde non deest.
Sed etiam ꝭm Zachariam papam
e. di. retulerunt. si sacerdos simplici

tate ductus non intendens errorem
introducere dixerit. baptiso te in
nomine patria et filia et spirit⁹ sāc
ta. baptismus non uiciatur. si uero
dubitatur de aliquo utrū sit bapti
satus uel non. statuit Allexander pa
pa. iij. extra ō baptismo. c. i. ꝙ bap
tisetur sub hac forma. si es baptisa
tus non te baptiso. sed si nondum
baptisatus es ego baptiso te in noīe
patris et filij et spiritus sācti amen.
adhuc si infans non potest nasci sꝫ
solū caput illud baptisetur priusq
moriatur. ff. de rel. et sūp. fune. l. cū
in diuersis. sed si mater i partu mo
ritur incidatur et infans uiuus ō uē
tre extrahatur et baptiset. ¶ Circa
patrinos qui in baptismo et confir
marione necessarij sunt dicendū est
ꝙ ubi infans fari uel credere nescit
patrinus interrogatur et respondet
pro eo et in eius fide et professione
baptisandus saluat. quod etiā ꝭm
Isido. ea. di. paruuli. et. c. se. in egro
to. muto et surdo baptisandis con
tingit. nam etiam legimus cyrophe
nissam mulierem uenisse ad ihesum
et rogasse pro filia spiritum immun
dum habente et illam ad preces ma
tris saluatam fuisse. Augustin⁹ quo
q eadem dis. nihil. et. c. se. asserit
ubi responsio ipsius patrini ad cele
britatem. id est ad solennitatem p
tinet sacramenti. quasi diceret. non
ad necessitatem. paruulum eni non
fides illa que in credentium uolun
tate consistit sed fidei sacramentū
fidelem facit. Unde fidelis uocatur
non rem ipsam mente abnuendo id
est profitendo. sed ipsius rei sacra
mentum recipiendo sicut ergo par
uuli alieno errore damnati fuerant.
sic ex aliena professione posse salua
ri necesse. eadem di. illud. et. c. se. et
c. queris. et cum illi ad intelligibilē
etatem peruenerint debent pīini insi
nuare illis pfessiōꝫ quā p eis fecerūt

¶ Porro sacerdos baptisans et episcopus confirmans se illis obligant quod de eis curã specialem gerant. quia cũ ipse non omnibus potest curam specialem impendere idcirco patrino cõmittit qui se pro illo fideiussorem constituit quod renatum docebit orationẽ dominicã et simbolũ fidei que quilibet xpianus adultus scire tenetur. uel i ligua latina uel materna. et si patrinus filiolum docerẽ neglexerit grauissime peccat. ¶ Item iuxta auctoritatem Leonis pape. c. di. et plures. unus tñ debet esse i baptismo. et unus in confirmatione patrinus siue uir siue mulier. et hoc ppt pericula que consueuerunt contigere i coniunctionibus matrimonialibus. In quibusdam tamen ecclesijs contraria cõsuetudine hoc derogatum esse uidetur. et hoc ideo quoniam si ueniat in dubium de aliquo utrũ sit baptisatus uel non quando plures sunt patrini et testes baptismi tanto fortius dubiũ excludetur. et tanto plures ad instruendũ filiolum se constituunt debitores. Item sm canonem. c. di. in cathecismo et baptismo et in confirmatione unus et idem patrinus sufficere potest ubi necessitas cogit alis singulos singuli suscipiant. Uerum baptisatis seu cõfirmatis patrinorũ perfidia cui nõ consentiunt non obest. Cum igitur patrinus filiolum instruere teneatur et in fide ipsius baptisandus saluetur nullus debet patrinus effici nisi sciat dominicã orationem et simbolũ ea. di. non li. et. c. se. in quibus ipse tenetur instruere filiolum cũ sit fideiussor fidei illius. et eum debet custodire pro posse ne a fide et iusticia deuiet. castitatem custodiat. iusticiã diligat et teneat caritatem. utpote responsurus in die iudicij de omni excessu illius. Sunt autem quatuor genera personarũ quas ecclesia non suscipit in patrinos. primum genus est monachus. abbas. abbatissa. monialis et huiusmodi. Secundũ genus sunt infideles. Tercium illi qui nondum sunt confirmati. e. di. i baptismo. qui alios non possunt tenere in baptismo uel in confirmatione. nõ enim uere debet uocari fidelis. unde nec ueri testes esse possunt. ij. q. vij. non potest. et. c. se. Quartum genus est uir et uxor simul. xxx. q. iiij. quod uidetur nisi prius ambo uotum emiserint castitatis. si ambo enim eundẽ puerũ de fonte leuarent. spirituales patres eiusdem fierent. vnde ulterius carnaliter commisceri non debent. nec etiam ut aiunt quidã aliquis de sacro fonte leuari debet aliquos de sua consanguinitate. presertim filiũ proprium uel filiam uel uxoris uel econuerso. ex de cognati. spi. c. ij. et c. iiij. quia caritatis dilectio per baptismum ppagari debet. Baptismi solẽnitate completa itur ad fontes cũ triplici letania et inde quia añ baptismũ et post letanie circa baptisterium peraguntur. pro eo quod in apoca. legitur. yris erat in circuitu sedis. yris ut ait Beda que fit sole irradiante nubes et que post diluuiũ fuit propiciationis indiciũ significat intercessiones sanctorum. sedes ecclesiam significat. nubes sunt uiri sancti. iuxta illud ysa. Qui sunt illi qui ut nubes uolant. qui ante aduentum christi et post deuotissime pro ecclesia orauerunt et orant. fit autem hec letania circa fontes usque ad sancte Jo. bap. ora pro nobis. eo quod ipse primus inuenit uel docuit baptisma. Deinde similiter cum trina letania reditur usque ad omnes sancti orate pro nobis. ad ostendendum quod ipsi orant pro filio baptisato qui mortuus fuerat et reuixit. perierat et inuentus est. ut in uera fide trinitatis percipiet sacramento baptismi. uel ut deum quem

confessus est diligat toto corde tota
mente et totis uiribus. ¶ Sane agū
tur in quibusdam ecclesijs septene
letanie ante baptismū. quia oramus
sanctos intercedere ꝓ nobis ut sp̄s
sanctus cuius gracia septiformis est
ueniat super aquam baptismi. In
alija aguntur q̄ dum cathecumini
baptisantur ut deus custodire dig
netur quinq̄ sensus corporꝫ eorꝫ ne
per eos illecebris secularibus inci
tari purificationem in baptismo ac
ceptam amittant. Trine etiam qn̄q̄
post baptismum aguntur ut credu
litatem trinitatis in qua baptisati
sunt. et quam ꝓfessi sunt toto cor
de tota mente totisq̄ uiribus dili
gant. ¶ Quidam etiam cantant le
taniam in eundo ad fontes. ad fon
tes propter spem. et idem redeūdo
propter rem. et ad notandū q̄ sanc
ti orant pro baptisandis ut sacramē
tum uera fide percipiant et ꝓ bap
tisatis ut in sacramento uere fidei p̱
cepto confirmentur. In fine letanie
fiant iuxta apostolum petitiones
ut propicius esto. parce nobis dñe.
et obsecrationes ut. per natiuitatē
tuam libera nos domine. et postula
tiones ut peccatores te rogamus
audi nos. Quid significet cantus
post baptismum dictum est supra.
ubi de canticis agitur. Ceterum in
quibusdam ecclesijs in lectionibus
et letanijs senes precedunt et iuue
nes subsequuntur. uel quia senex ser
uus. s. eleazar adduxit rebeccam ut
ysaac iuuenis apprehenderet eam.
uel q̄ꝛ i baptismo iuuenescit ecclesia
et renouatur ut aquila iuuent⁹ nr̄a.
Rursus in quibusdam ecclesijs dū
xij. lectiones leguntur letanie dicūt̄
et earum duodenarius numer⁹ per
tres q̄ternarios clericorꝫ ipletur q̄
bus orat̄ i baptisādis doctrina ca
piat aplorꝫ fide trinitatis et q̄tuor
uirtutibus predictorum.

¶ De confirmatione. Rubrica.

Sexto loco de confirmatio
ne dicamus. siquidē post
baptismū sequitur sp̄uale
signaculum. s. confirmatio quo per
fectio fiat quando ad inuocationē
ep̄i sp̄us sanct⁹ infunditur. ea. dis.
accepisti. ¶ Baptisatus aūt confir
mari non potest nisi demū post sep
tem dies post baptismū propt̄ sep
tem dona sp̄us sancti que recipit in
baptismo. nam ꝓ singulis donis de
cet dies sigulos celebrari. alij dicūt
q̄ stati post baptismū est confirma
tio inchoanda ꝑpter rōnem scrip
tam sub quinta feria cene dñi. ubi
agitur de olei consectione. nam et
Cle. papa p̄mus. statuit ut baptisa
tus q̄ cici⁹ fieri possit cōfirmet̄ q̄a
non ē ꝑfect⁹ xp̄ianus q̄ hoc non ne
cessitate sed i curia aut uolūtate ob
mittit. Hec frōtis crismatio confir
matio dr̄. q̄ꝛ p̱ eam spirit⁹ sanctus
datur ad augmētū et robur. ex̄ de
sa. unct. c. i. unde cum ceteras uncti
ones simplex sacerdos ualeat exhi
bere hanc non nisi summ⁹ sacerdos
i. episcopus debet conferre. q̄a de
solis aplis legitur quorū uicarij sūt
ep̄i q̄ per man⁹ impositionē spiritū
sctm̄ dabant. quēadmoduꝫ actuum
aplorꝫ lectio manifestat. cū audissēt
inq̄t apl̄i q̄ erāt iherosolimis q̄a re
cepisset samaria v̄bū dei miserūt ad
eos. pe. et Jo. qui cum uenissēt ora
uerunt pro ipsis ut acciperent sp̄m
sanctum. nondū eni in quamq̄ illo
rū uenerat. sed baptisati tm̄ erant i
nomine domini ihesu. tunc impo
nebant manus super illos et accipi
ebant spiritū sanctum cuius aduen
tus per misterium unctionis desig
natur. quia columba in qua spirit⁹
sanctus super christū in baptismo
descendit ad uesperum in cathecis
mo reuertens ramum retulit oliue

virentis cuius utiq; sacramentum
dauid pphetą preconiens exhilarā
dam faciem predicauit in oleo. Ar
naldiste tamen perfidi heretici dicē
tes manuum impositionem suis cō
solamentū fieri posse a quolibz ho
mine bono. Obiciunt ad hoc qd p̄
missū est de eo quod legitur in acti
bus apostolorum q; ananius saulo
et simeon ꝛ lucius cyreneī. ꝛ manaē
barnabe et saulo manꝰ imposuerūt
qui tn̄ nec apostoli nec epi fuisse le
guntur. Et ex eo qd predicitur mise
runt ad eos. pe. et Johannem. appa
ret q; episcopi debent illuc ire ubi
sunt quibus sit necesse manus impo
ni cumq; illuc uenerint orent p eis
dicentes. Emitte in eis septiformem
spiritum sanctum ꝛc. non enim dis
cipuli dabant spiritum sanctū sed
orabant ut ueniret in eos quibꝰ ma
nus imponebant. hoc ergo agit epi
scopalis confirmatio baptisato q;
tutor pupillo. quid eni prodest am
plam hereditatem filio relinquere
nisi ipse uel lex aut preses illi proui
deat de tutore. paraclitus quidem ē
eius consolator in christo custos et
tutor qui suadente diabolo posset.
sicut et pupillus suaz perdere facul
tatem id est baptismi utilitatem si
tunc non haberet tutorem. ¶ In
confirmatione ergo totius christia
ne religionis misterium plenitudo
completur. in baptismo namq; per
spiritum sanctum dat remissio pec
catorum. hic autem ipse spiritus in
nuitur ut ueniat in domum ipsam
quam sanctificauit descendere ꝛ ha
bitare dignetur. et ad episcopi inuo
cationem infunditur. cað. dist]. acce
pisti. vnde vrbanus papa inquit p
manus episcopalis impositionē spi
ritus sanctus datur ex quo cor fide
le ad prudentiam et constantiā dila
tatur ut quis plenus sit christianus
. Bis ergo inungitur crismate bap
tisatus scilicet in uertice ꝛ in fronte
nam et ipsis apostolis bis fuit datꝰ
spiritus sanctus. primo in terra qn̄
christus exsufflauit in eos dicens. ac
cipite spiritum sanctum. Secundo i
celo in die penthe. sed et ipi aposto
li receperunt spiritum sanctū i bap
intendebant uidelicet ab extinctione nominis mei ad quem intendebant. unde dicebant. si dimittimus eum sic omnes credent in eum. sed in hoc q me occiderunt hoc quod ipsi timebant consecutum est. Nam ego qui sum granū frumenti cadēs in terram multum fructū attuli. tā de isto q̄ de illo. Primo laudandus est pater. unde post utrūq cantatur alleluia. scientia patris dilatationē notat cum dicit. mirabilis facta est etc. quasi diceret. ex hoc cognitō tua pater non tantū ad iudeos sed etiā ad gentes dilatata est. nam prius in gente tantum iudeorum cognoscebatur iux illud. Notus in iudea deus. et quia ab utroq populo cognoscerit. ab utroq tibi laus offeretur. et idcirco duplex alleluia sequit. Et ad id pertinet uersus. Domine probasti me etc. sessionem meam. i. humilitatem i passione. et resurrectōz meā. i. gliam meā in resurrectōe. In q̇busdā tn̄ ecclesijs tacet ūbum illō. sessionē et solū dr̄ resurrectionem meam. potest tn̄ utrūq dici p qd duplex xpi natiuitas designatur. Sequitur ymnus trinitatis. s. Gloria pri. q̇ in precedentibus diebus intermissus fuit propter ignominiam illatā trinitati in tercia psona. s. in filio. nunc autē q: sublata est ignominia illa ymnus cantatur. Hec etiā in q̇busdā ecclesijs p cereos repn̄tatur ubi tres cerei an̄ altare ardere consueuerūt. sz in tribus diebus an̄ pasca nō ardēt nisi duo in signum q tercia psona sublata ē. hac uero die terci⁹ cereus reaccēditur in signū q ipsi xpi psona gloriose reddit nobis. Post hoc dr̄ collecta in q̄ ondītur quis sit resurrectōis et mortis effectus. quoniam aptio ianue regni celestij est effectus. Qualiter aūt illā ianuam intrare debeamus. dr̄ in epl̄a q̄ est pma ad corinth. v. c. s. Expurgate uetus

fermentum. i. abicite uetustatem a nobis. et hoc est ire in galileam. h ē de uicijs ad uirtutem et de uirtute i uirtutez sicut estis azimi. i. esse debetis uel estis per baptismum. quare etenim pasca nr̄m imolatus est xps quasi diceret coctus est agnus ꝛ paratus itaq epulemur. et determiat quis sit agnus cū dicit. Christus autem et est pasca nr̄m. i. pascalis et festum pascale. Alia etiam rōne ipe est pasca q: p ipsum et ab ipo ꝛ ad ipm est nobis transitus predictus. non in fermento ueteri neq i fermēto malicie. i. male uoluntatis et neq̄cie. i. praue intelligentie. nequaq̄. n. est q̇ de celo male intelligit. sed i azimis sinceritatis et ueritat. i. in accēso affectu et purificato intellectu. uel in sinceritate caritatis et puritate fidei. sed etiam plus dicit ueritas q̄ fides. comprehendit enim sapientiam et intelligentiam. sed uidetur lr̄e epistole in se contraria. Si enim sumus azimi. i. sine fermēto quomodo expurgabimus uetus fermentū: quomodo etiā dr̄. ut sitis noua cōspersio. uidet enim dicere ut sitis azimi. sicut estis azimi. nam noua cōspersio nil aliud ē q̄ farina aq̄ ospersa. i. pasca nondū fermētata. ¶ Sed est notādū q duob⁹ modis dr̄ q̇s peccare. s. peccato ppo. uel peccato alieno cui cōsētit. Erāt eni illi q̇bus loq̄bat apl's azimi. i. sine proprij peccati fermento sz erāt alieno peccato infecti dū nō reprehēdebāt illū eū possent q̇ pri suo ppriā nouercam abstulerat q̇ inter eos erat. unde dicit eis. Expurgate uetus fermentū i. abicite illum a nobis p excommunicatōz ut sitis noua cōspersio. i. sine fermento alieno peccati. ¶ Seq̄tur graduale quo utitur ecclesia propter nos q̇ non hēmus adhuc nisi resurrectionem aie et expectam⁹ resurrectionem corporis. s. Hec dies quam

fecit dominus exultemus ⁊ letemur in ea. quis exultando et letādo itur in paradisum. sed cū labore ⁊ angustia et cuꝫ maxima afflictione itur in infernū. qꝛ non est pax impijs dicit dn̄s sed bonis est iocūditas pax et quies maxima ꝓpter spem gloriose resurrectionis. cantatur autē graduale licet sit luctus laborātiū ꝓpter baptisatos q̇ arripuerunt laborem milicie ut perueniant ad alleluia eterne leticie. grandis enī labor eis superest ut partem habeant i secunda resurrectione. Et est sciendum ꝙ est dies temporis. unde hodie si uocem eiꝰ audieritis. i. si in tempore quo uiuitis. et est dies eternitatis. unde melior est dies una in atrijs tuis super milia. hanc diem hodierna festiuitas inchoat et ideo recte demōstratiue dicitur. hec dies quam ⁊c̄. ⁊ hodie surrexit dominus. sed hec dies dum est in aurora uel in ascensu uocatur dies salutis et gracie. cum fuerit in meridie uocabitur dies eternitatis et glorie. hec declinium non sentit et ideo solennitas ista uesperum non habet ut dicitur in. c. te. Postmodum sequitur alleluia cantꝰ quidem angelicus. s. pasca nostrum immolatus ē xp̄s. i. corinth. v. c. q̇a ipse ē panis angelorꝫ. in quem desiderant angeli ꝑspicere etiā in quātū ē homo q̄si diceret. laudate dn̄m deū qꝛ pasca nr̄m imolatus ē xp̄s. deinde seq̇tur euangeliū Marci. xvj. c. q̇ habet figurā leonis qꝛ et xp̄s fuit leo i resurgendo. et qꝛ ꝯm ordinē legūť euangelia ꝓut in se. ti. dicetur. est autē euāgeliū. Maria magdalena maria iacobi et salomee. e. aro. ⁊c̄. similiter oportet nos emeř aromata bone uolūtatis. Isayas uenite ⁊ absqꝫ argento et absqꝫ ulla cōmutatione emite uinū et lac. i. aromata uirtutū q̇bus ungiť deꝰ qꝛ delicie sūt ei esse cū filijs hominū. et sequitur ibi

cum angelus apparuit mulieribus in uestibus albis. sꝫ i euāgel. Math. qꝺ legiť in uigilia dr̄ ꝙ aspectꝰ eiꝰ erat sicut fulgur. et uestimēta eiꝰ sicut nix. et ꝑ hoc notatur sicut dicit Greg. ꝙ dn̄s in iudicio terribilis apparebit reprobis ⁊ blādus iustis una facie. hoc enī erit ex diuersitate cōsciētiarū. qꝛ ergo blandus apparebit iustus iō ne nimis de resurrectione exultemus. Seq̇tur in offertorio. terra tremuit et q̇euit. in postcōione q̄ sicut et alleluia sumiť de ep̄la hortatur eccl̄ia filios suos ut cū fide ueniant ad cōionē. d. pasca nr̄m ⁊c̄. autē q̇dam ꝙ illud qꝺ dr̄ in introitu resurrexi uox ē sponsi ad sponsā eam de morte sua in p̄nti tp̄e cōsolantis cui sponsa rn̄det. posuisti ⁊c̄. uel est uox generis hūani qꝺ in adam cecidit et ꝑ xp̄m resurrexit. cetera sunt concentus angelorum et hominum de xp̄i resurrectione gaudentium.

De septem diebꝰ post pasca. R.

Hec prima septimana pascalis temporis licet communiter uocetur septimana i albis. tamen sequens magis ꝓp̄e uocatur i albis ꝓpť cās in p̄ce. ti. positas. et hec ē cōis huic tp̄e et p̄cedēti est autem tota ꝺ septuagesima que terminatur i sabbato in albis. inde est ꝙ tractus in sabbato paschali et graduale ꝑ totam ipsā ebdomadaꝫ dr̄ ꝙ laborem significat. all'a uero ⁊ cetera cantica leticie cantantur. ut dictum ē sub dn̄ica septuagesime. ⁊ hoc ꝓpter tp̄a regressionis qꝺ incipit ꝯm quosdam in pasca. ꝓut ibi dictū ē. isti ergo septē dies cōputāť cū septuagesima qꝛ hec septimana ē septima a quadragesima per quam idem significatur qꝺ per septuagesimam in cuius septima de cade filij israhel acceperūt licētiā redeūdi

et iam quasi liberi erant. ideoq; di|bus istis cantica leticie inclamantur. porro oms isti dies septē sūt q̄si una dies dñica. unde semp cantat' i eis hec dies quā fecit ꝛc̄. et in prefatōe dr̄. te q̇ȯ omni tpe sȝ in hoc potis. die glo. p̄. ꝛc̄. et in eis sēper agit' ḋ resurrectōe. ad oñdendū ꝙ p. vij. do|na spūs s. uenit' ad uerā resurrectōȝ uel potius q꞉ in tota uita ista q̇ per septē dies currit debemus anhelare ad gliam resurrectōis quātū possu|mus. sic et pasca in ueteri testō per septē dies celebrabat' ꝛ cenophegia i. fixio tabnaculoꝝ. quecūq; eni hac die facim⁹ iō facere debemus ut in celo tabernacula nr̄a figam⁹ q̇ȯ erit p gliam imortalitatꝭ ut ille q̇ cruci fixus ē oñdat nobis suā deitatē cū dicit i officio nocturno. Ego sū qui sū. et cū dicit se esse illū q̇ dixit moy|si qui est misit me ad uos. exo. iij. Si q̇dem pasca ē ebdomadaria festiui|tas q꞉ q̄libet die ebdomade mutāt' officia. In ueteri eni testō tres habu|erūt ebdomadarias festiuitates. s. pasca et penthe. q̄s etiā nos hēmus licet ad aliud q̄͞ȝ illi habuerūt et ce|nophegiam quā nō hēmus nisi q̇ȯ ammodo ut dicet' in p̄hemio septi|me ptis. Quidā uero scp̄serūt ꝙ fes|tum penthe. nō fuit i ueteri testō fes|tum ebdomadale et ꝙ i nouo testō habȝ septē officia ꝓpter septē spus sci dona. nō q꞉ sit testū ebdomada|le q꞉ tres ultimi dies nō hn̄t oiā ꝓ|p̄a officia. ad h̄ notādū ꝙ cū i vrbe romana esset magna aeris pestilētia btūs Greg꜒. in tpe pascali ordinauit ut imago btē v̄ginis q̇ i ecclia sācte marie maioꝝ h̄uatur quam beatus Lucas pinxisse dr̄ et eidē uirgini si|milima p̄hibet' ꝓcessionalit' porta|ret' et dū añ ꝓcessionē reuerēt por|taret' ecce tota aeris infectio et tur|bulētia cedebāt imagini fugiēs ac si eam ferre nō possȝ sic ꝙ post imagi|nem mira serenitas remanebat. tunc aūt iux̄ imaginē audite dicūt' tres uoces angeloꝝ canentiū. Regina ce|li letare alla q꞉ quē meruisti portar' alla resurrexit sicut dixit alla. statiq; btūs Greg꜒. adiūxit. Ora pro nobis deū alla. q̇ antiphona iō h̄ tpe fre|quētat'. et tūc Greg꜒. uidit supra cas|trū crescentij angelū dñi q̇ gladiū cruentatum tergēs i uagina repone|bat. intellexit g° Greg̅. ꝙ pestis illa cessasset. q̇ȯ et factū ē. unde castꝝ il|lud exinde castrū sācti āgeli uocatū est. premissa imago in ecclia btē ma|rie maio. i urbe super limē baptiste|rij seruat' quā romani reginā uocāt per hos aūt septem dies tres tm̄ di|cunt' psalmos sicut in dñica resurre|ctionis. in hoc tm̄ iterest s̄m aliquas ecclias. q꞉ tūc dicūt' cum trib⁹ anti|phonis. in his uero dieb⁹ cū una so|la. ¶ Siq̇dem iō tres psalmi p hos septē dies baptismales dicūt'. q꞉ q̇ p̄ ui. e baptisātur septē spūs s. dona suscipiūt q̇ p hos septē dies signifi|cātur. suscipiūt etiā tres uirtutes. s. fidē. spem et caritatem. q̇ per tres psalmos itelligūtur. q̇ nobiscū usq; in finē manere debēt. canim⁹ g° tres psalmos ut recolam⁹ nos hec tria habere. antiphona uero una ē a q° hec oiā sūt. Rursus uero quia ut p|misū ē hec tota ebdomada est q̄si una dies dñica. inde ē ꝙ p oms hos septem dies canim⁹ psalmos ḋ noc|turno dñice diei uel eis adiacentes quedam tñ ecclesie p̄termittūt psal|mos maiores et laboriosos. s. Cōfite|bor. et diligā te. q꞉ neophitis omia breuia debet ꝓponi ꝛ soror nr̄a par|uula ē et ubera nō habet. ꝛ apls. lac dedi uobis potū non escam. xxxv. q. v. q̇ȯ scripsi. ex̄ de pen. et re. his qui. sed numerū supplemus p illos duos. cum inuocarem. uerba mea. ꝛ ita. xviij. psalmos p̄ficim⁹ usq; i sex|tam feriā. In sabbato aūt sumimus

tres de adiacentibus quos in die dominica ad p̄mam cantare solem⁹.s. Dñs regit me. Dñi est terra.⁊ Iudica.sed et illos duos. Deus deus respice.et ad te dñe leuaui.ꝓpter cāz predictā p̄termittimus. In sequēti uero tpe multiplicandi sūt psalmi sicut et boni mores q̇ ꝑ psalmos intelliguntur ꝑ quos ad gloriā ꝑuenitur quā ꝑ totum tēpus istud figuramus. ❡ In quibusdam tñ ecclesijs non dicūt nisi tres psalmos usq; ad penthe.et hoc ex institutōe alicuini ꝓut dicetur sub dñica de trinitate. sed hoc non bene fit hodie. primo q: cā quare illud institutū fuit hodie cessat.Scđo quia ɔ̄ canonē Grego. faciūt.ꝓut dictū est in.v.parte sub ti. de nocturnis. Tercio q: inter canonicos regulares ⁊ alios clericos q̇ usurpato nomine seculares dicūt nulla debet esse quo ad hoc differētia. nam et ipsi magna ex ꝑte antiq̇tus regulares fuerūt.xij. q.i. q̇a.et c.scimus.et.c.se.et.c.certe. ex̄ de uita et honest.cleri.qm̄. et certum ē ꝙ canonici regulares i octaua resurrectionis dicunt in nocturnis nouem lectiones cum nouē rñsorijs.Et etiā ecclesia romana q̇ eni dicunt ꝙ omnia facilia debēt esse eo tpe ꝓpter neophitos illam facilitatem nimis extendunt.nam due tm̄ sūt ebdoma de neophitoꝝ.s. in pasca ⁊ penthe. et ꝓpterea cōcludit eis in ascēsione ubi sūt nouem rñsoria et nouē psalmi cū suis antipho. nulla eni ē sufficiens rō q̄re in sequenti die post ascensionem dicam⁹ tm̄ tres psalmos cū una antipho. de hoc etiā dictū ē in p̄cedenti ti. Nempe ꝓm romanū ordinē in omnibus dñicis nouē lectiones dicūtur.de conse.dis.i.i die. licet Maguntinum cōciliū a pascha usq; ad penthe. tres tm̄ instituerit esse legendas. ut seruiciū matutinū in die cantetur. quia in futuro trinitas comprehendetur et a sanctis in luce domino seruiatur. ❡ Ad p̄mā autem dicunt quidam ꝙ per totaz ebdomadam totum psalmū. confitemini ⁊c. in quo precipue de xp̄i resurrectione agitur. Alij uero solum v̄sum Hec dies ⁊c. quem in p̄ma et in alijs horis ꝓ caplo dicunt. quia uitam illam figuramus in qua doctrina nulli necessaria erit. sed omēs docti gratulabimur et exultabimus psalmus uero. Quicunq; uult ⁊c. toto isto tempore non dr̄ qm̄ ad fidem ꝑtinet.hoc eni tēpus significat octauā etatem.ubi non erit fides q̄ euacuabit.sed res q̄ cōprehendetur non erit figura sed ueritas.In q̇busdam tñ ecclesijs aliter obꝯuat̄.quia ubi fides nō est supedificari ñ pōt. xxiij.q.i.ubi sana.i.q.i.cū pau. minus tamen simbolum.s. Credo i deum.ob eandem cām subticetur ad p̄mam.nam cum uenerit quod perfectum est euacuabitur qđ ex parte est. unde in condensis.i. in condensitatibus populi usq; ad cornu altaris.i. ad cōronem non dr̄ capitulu; neq; preces.ut dictū est i ti.p̄ce. Uespertinum officium est huius festiuitatis claritate illustratum. non enim per. Deus in adiutoriū meum intende.quoniam in illa uita non sicut hic adiutorio indigebimus s; ꝑ kirieleyson inchoatur. q̇a uesꝑtina hora sabbati pascalis baptisma fuit per kirieleyson inchoatum et in trinitatis nomine celebratū. ⁊ ꝓpterea in eadem hora et in eisdem uerbis per totam ebdomadam hanc i festiue regenerationis iocunditatez sancta trinitas adoratur. uel per kirieleyson incipitur ut quasi non existens per se officium misse officio cōtinuetur.na; ut in ti.p̄ce. dixim⁹ dies hec uesperā non habet q: declinū eternitatis nō agnouit.tres psalmos sub uno all'a.i.gaudio cātant̄.

in quibusdam ecclesijs. quia per fidem trinitatis ad unum eternitatis gaudium peruenitur. uel hij tres psalmi resurrectioni que tercia die facta est conueniūt ihesu xpi. ¶ Pro capitulo sequitur. Hec dies. sicut in alijs horis. qr ibi nō erit necessaria doctrina. sed exultatio. uel ut notatur solicitudo baptisatorum adhuc peregrinantiū et laborantiū. qr non dū habent gaudiū nisi spei. quo peruenitur ad alleluia rei. proinde ymno. sequitur alleluia qđ ē pprius illorū ciuiū ymnus. ¶ Sane descēdim⁹ processionaliter ad fontes cū cereo per totam ebdomadam cantantes cāticum exultationis. et populus sequitur. s. uiri per se et mulieres per se. qđ fit in memoria ei⁹ qđ hebrei pharaone et suis in mari rubro submersis fecerūt qui in grarum actiones ob submersione hostiū p totā ebdomadam redibant ad mare uiri per se et mulieres per se cantantes illud canticum moysi. Cantemus domino. Siquidem hostes nostri sunt demones. mare rubrum est baptismus in quo submerguntur omnes hostes i. uicia et peccata et demones. et ideo etiam ē qđ neophiti baptisati i sabbato sancto precedente suo lumine s. xpo. redeunt ad fontem baptismi. his septē diebus grās agentes qa inimici eoꝝ submersi sūt. s. uicia et peccata. et tūc circa fontes cantant psalmi. Laudate pueri. s. nouit baptisati. et In exitu israhel de egipto. qr p baptismū de tenebris peccati eximus. duo ergo psal. circa fontes cantant. qr p geminam dilectionez ad fontem uite ptingit qui baptisatis et in baptismo conueniūt baptisatis ut Laudate pueri dnm ⁊c. et ē āmonitio laudis ad neophitos qui facti sūt pueri. i. a uicijs puri. p qb⁹ mater ecclia iubilat ad fōtes in laudem eius grē per quez meruit qđ in cantico a moris audiuit. fons ortoꝝ puteus aquarū uiuentium. postea transitur ad aliquod oratoriū cum psalmo. In exitu israhel. qui conuenit baptismo cuz dr. Quid est tibi mare qđ fugisti. et fit statio ad crucifixum. et redduntur ei grates. qr ipse est qui baptisat. unde in euangelio. super quem uideritis spiritum descendentem ⁊c. hic ē q baptisat. et salutatur quia per crucē et in cruce nati sumus aiarum nrarū redēptionem. Rursus per hos septem dies baptismales neophiti cottidie ad ecclesiam ducuntur. sicut enim filij israhel licet transissent mare rubrum in quo baptisati sunt non tamen peruenerunt ad terram pmissionis nisi sub ducibus domino illos pascente ex manna et columna ignis eos precedente. sic et ipsi bis septez diebus sub ducibus. i. presbiteris patrinis et matrinis ducuntur ad ecclesiam et pascunt corpore dni. ⁊ cerei precedunt eos et sic tandem i sabbato quasi perueniunt ad terrā pmissionis. cereos autem aliquos i sabbato sancto dū baptisarēt habuerūt p hāc ebdomadā i qbusdā locis ad missas et uesperas accendūt. et in sabbato i albis. et in sequenti dnica illos accensos offerūt sacerdoti. Siquidē luminaria accensa bona opera sūt. quibus toto tpe pntis uite q per septēnariū ducitur lucere debēt offerūtur sacerdoti qa post hanc uitam ad summū sacerdotem i. ad xpm cū luminarib⁹ bonorum operū ueniūt. iux illō. Uenictes aūt uenict cū ex. por. ma. su. ¶ potest etiā dici qđ pcessiones uespertinales hui⁹ ebdomade reuersiōz significāt ob captiuitate babilonie. Hec ē enim ebdomada reuertentiū q in fine sue captiuitatis reuertūt ad deū. et uespere trina statione cōplent sicut et baptismus i trinitatis noie celebrat

qui uero fontes non habent non exeant. sed quicq psalmos cótinue dicant et post collectam diei de cruce collectā adiūgant. eedem uespe cottidie repetuntur. qr p una et eadem die tota hec ebdomada reputatur. ¶ In q̇busdam etiā ecclesijs in his septem dieb⁹ qñ descendit ad fontes antefert q̇daz serpens imaginarius super uirgam et candela nouo lumine accēsa sup caput serpentis retorta affigit ex q̇ cereus pascalis et oīs alie candele ecclesie accedūt. Circa qd sciendū ē q sicut legitur Numeri.xxi.c. Moyses i deserto erexit sup palum serpentē eneum ut q̇ p cussi erant a serpentibus p illius sanarentur aspectū. in quo xpi passio pfigurata fuit. vñ et dñs ait i euangelio Io. sicut moyses exaltauit serpentem in deserto ita ꝛ exaltari oportet filiū hominis. ideo ergo serpens imaginarius fert ꝛ aspicitur ut xpi passio memoretur. et p hoc a uulneribus peccatorū sanemur. Nam serpens in palo ē xps in patibulo. Itez ideo in benedictione baptismi ꝛ cū ad fontes descēdit quia baptism⁹ a xpi passione uirtutem accepit. in quo etiā a peccatis sanamur et mūdamur. fit hoc in uesperis qm ipse xps fuit sacrificium uespertinū. vñ ps. Eleuatio ma. me. sa. uesp. ignis nouus ex silice excussus. Xpus pass⁹ qui ē lumen de lumine ex quo cetere candele in ecclesia illuminantur. qr ipse illuminat omnem hominem uenientē in hūc mundū. candela i capite serpentis retorta ē spinea corona in capite xpi posita. In cōpletorio uero in q̇busdā locis pteriitti tur psalm⁹. Qui hitat. sicut i pmo ps. Quicūq. ¶ In his aūt sex diebus dr ad missā rñsoriū. et alla. put s. dicitur. et dicet pmo rñsorium et post seqtur alla. ꝛ hoc triplici ex cā. Pmo. q2 eni in laborib⁹ uite pñtis exultandum est. iuxta illud. hilarem datorem diligit deus. xxiij. q. vj. § . ex his. iō nunc post graduale et uersum. conuenienter seqtur alleluia qd ē uox leticie. sz rñsoriū actiuaz alleluia uero contemplatiuam uitā significat. Rñsoriū eni significat actionē quā sancti exercebunt in resurrectione corporum q̄ erit i omni leticia prout uerba responsorij huis tpis declarant. que omnia siue uers⁹ eoꝝ excepto eo q̇ cantatur in tercia feria put ibi dicetur. sunt de psalmo. cxvij. Confitemini domino. q̇ psalmus sonat confessionem laudis et est de eterna leticia. quia igitur omnis illa laus confessionis siue actio ad gaudiū et dei glorificationē tendit. merito ab alleluia concludēdum est. et quoniam eadem actio nihil aliud est q̄ laus dei. ideo ad hoc ostēdendū post hos sex dies cōtinue canitur sine responsorijs alla. Tercio ideo in his sex diebus h fit. quia senarius numerus ad opera sicut septēnarius ad requiem refert. qui enim uult peruenire ad requiē oportet eum pmo toto tempore psentis uite bene operari. ¶ Circa h sciendum est q ecclesia his diebus sanctorum actum in corpore cum fine leticie recolit. sic incipiens actū ut pertingat ad quietem pmus dies mandat. septimus requiem gestat. octauus glorificat. Nempe respōsorium illam actionem significat quā sancti in resurrectione corporum exercebunt. anime quippe sanctorum ante resurrectionem corporum in q̇ete sunt. Sed dum illa recipient in actione erunt. et tunc sic erit actio ut non desinat quies. In quiete quidem erunt quia non laborabūt nec cogitationibus fluctuabūt. nec erit etiam in quiete illa segnicies desidiosa. sed sic ab huius uite operibus i fine quiescēt. ut i alterius uite actōe

gaudeant. hec autem actio ideo no bis p numerū senariū in memoriaȝ reducitur. q2 sicut septenari9 nume rus requiem ita senari9 opa mīsorioȝ significat. per mīsoria eni intelligim9 factoȝ actiones que erūt cū omni leticia. ut tā dictū ē. Et nota q2 p̄dic ti uersus q̄ canunt bis sex dieb9 cū mīsorijs dicūtr eo ordine quo posi ti sūt in psalmo. Cōfitemini. ut sup̄ ti sūt. exceptis duobus q̄ in qbusdā ecclijs p̄postere ponunt. nam in v. feria dicunt uersu. Benedictus q̄ uenit i noie dñi zc. q̄ ibi ponit ulti mo. et i feria sex uersum. lapidē quē reprobauerūt edificātes zc. et h̄ iō q2 in illo plenius agit de passione saluatorj. q̄ i aliqs ōibus ibi positis et iō merito illa die cantat i q̄ pass9 fuit. nec ē obmittendū q2 i qbusdā ecclijs in bis septe diebus quo in al bis supplicijs incipiunt mīsorij hec dies. et in alios quosdā tropos retro altare qō repn̄tat sepulchz p eo q2 corpus ihesu i eo sacmentalit̄ collocat et cōsecratur gerētes typū duoȝ angeloȝ qui stantes in sepul chro xp̄m resurrexisse retulerūt. uer ba eni illa. hec dies zc. ad resurrecti onis diē ptinere noscuntur. Rursus cātando post altare repn̄tant aplos et mulieres timentes et xp̄m ie iur rexisse dicere publice formidantes. fit autem hoc ad laudes. ad terciaȝ et ad uesperas. primo eni q2 in his tribus specialit̄ bonis xp̄i passio est expleta. nam mane captus et illus9 in tercia flagellatus z ligno crucifix us. in uespis de cruce depositus et sepultus ē. Scdo in signu q2 resurre ctio trib9 uicibus nūciata ē. pmo fm marcū et math. p unū angelū q̄ fm Aug. stabat i monumēto nō di recte sz quasi ad hostiū. scdo p du os angelos q̄ fm Jo. stabāt intus. tercio p ipsū xp̄m iux monumētuȝ. fit etiā hoc in qbusdam ecclijs ad

missam. eo q2 illa in altari celebrat super qō xp̄i corp9 cōsecratur. Ideo aūt a pasca usqz ad octaūā p̄ the. cantt alla. fere in oib9 antiph. et mīsorijs nocturnalib9 et i offeren dis. et postcōionib9 ut celebratio tē poris post resurrectōj reducat nob̄ ad memoriā uitā cōtēplatiuā sicut temp9 qō ē añ pasca reducit ad acti uam. tempus eni ante pasca qō i te iunijs et oronib9 agimus significat erūnas huius uite et tribulatōȝ cap tiuitatis i q̄ dū sumus cātica leticie subticem9. Tempus ƀo post pasca significat btitudinem et ppetuā ex ultatōȝ in q̄ post resurrectoȝ erimus et iō relaxatis ieiunijs canemo alla. qō iterpretat̄ laudate dñm frequen tamus ō quo dictū ē in p̄hemio hu ius ptis. ¶ Illud tñ notādū ē q2 in quibusdam ecclijs in hac ebdoma da alla cantat̄ i missa sine finali me lodia. et ƀsus et antiphō. sine neu ma. sed in sequētibus cantat̄ cū illa et hoc iō q2 in hac cantam9 p dño nr̄o qui in aīa et corpoře p resurrec tione iam factus ē gloriosus. ac illa finalis melodia expectatōȝ nraȝ sig nificat. uel etiā factoȝ scoȝ stole ex pectatōȝ. Tercio ergo q2 hēmus qō optam9. paruuli naqz plorāt cū pa nem non habēt. sz cū habēt qō desi derāt tacent. ita et qsi nos ploram9 alio tpe q2 non hēmus qō desidera mus. et sancti qsi in desiderio sūt ex pectatōis. In qbusdam etiā ecclijs in magnis solennitatib9 tacetur illa melodia in signū q2 sācti p quibus celebram9 certi sūt q2 scoȝam stolam quā expectant amittere nō possunt. iubilus qdem diuersa notat ut dic tum est sub natali. ¶ Porro i ultio octo dieb9 cantatur p memoria ne ophitorum et singulis diebus figu la denotata sunt officia qō non sūt i toto tpe usqz ad penthe. et in pmo die. s. in sabbato sancto et i octaua

duplices laudes ponuntur. in p̄mo enim dr̄ alleluia confitemini. et tractus. laudate dn̄m om̄s gentes. In octaua uero dr̄ duplex all'a. qd̄ id̄ fit qz p̄ma uita nr̄a que fuit an̄ peccatum beata fuit sed non sempiterna. sed uita q̄ erit in septima q̄etis erit beata et sempiterna. quia g° prima uita fuit bt̄a idcirco cantat' p̄mo alleluia quod ē uox angelica i lingua hebraica, qz dignior ē. sed qz nō fuit sempiterna. id̄ humilion ligua latina cantatur tractus. laudate. quia uero uita q̄ erit i septima etate erit beata et sēpiterna. id̄ in sabbato i albis q̄ est dies septimus duplex all'a cantatur ꝓpter duplicē stolam ut ibi dicetur. nam uita illa q̄ in septima q̄etis dabit' non tolletur in octaua etate q̄ p octauū officiū intelligitur. sed potius cōsumabitur.

Circa cantica leticie notandū ē q̄ q̄tuor sūt status ecclesie. prim° ē culpe. scd̄us culpe et pene. terci° pene sed g̃re. quartus g̃re et glorie. Primum rep̄ntat ecclesia in septuagesima. ideoq̧ subticet. Te deum laudamus. ꝛ alleluia. qz nō ē speciosa laus i ore peccatoris. et gloria in excelsis deo. quia positus est inter deum et homines paries inimiciciarū. Scd̄m rep̄ntat in aduentu. ideoq̧ et supradicta cantica subticent' preter all'a. qz lex data deum intelligere docuit et laudare. Tercium rep̄ntat i estiuo tp̄e id̄q̧ ꝓpter g̃am acceptatā in festiuis ista cantatur. sed ꝓpter penam ista in ferialibus subticentur preter alleluia quod etiam cottidie frequentat quia spes de resurrectōe futura non infirmatur. Quartū rep̄ntat inter octauas pasce et pēthe. ideoq̧ supradicta cantica leticie frequentant' et multiplicant'. qz tamē nondū hēmus gloriā quam expectamus. ideo te deum laudam°. et g̃lia in ex. in ferialibus subticemus. et in dominicis in quibus quasi duplicē resurrectōz rep̄ntamus. et etiā i festis sāctorum in missa duo all'a cātam° sed in ferialibus unū ut iam dicet'. nec te moueat q̄ nō rectū sed p̄postero ordinē eccl'ia rep̄ntat eo q̄ erūt nouissimi p̄mi et p̄mi nouissimi. sic ergo uarietas dierū. et statuū humanoꝝ uarietatē inducit officioꝝ. Querendū tn̄ ē quare diuina officia ita distinguūtur ut alia celebrent' cum solo r̄n̄sorio. alia cū solo alleluia. et hec qn̄q̧ cū simplici all'a. qn̄q̧ cum duplici. alia simul cū r̄n̄sorio et tractu. et alia cū all'a et tractu. dici pōt q̄ dies ieiunioꝝ q̄bus r̄n̄soriū sine all'a canit' recolūt actus eoꝝ q̄ p̄sbiteris grauia cōfitent'. ut ab illis consiliū accipiant penitēdi. ipi g° dies agunt' cū solo r̄n̄sorio p qd̄ uita actiua intelligit' q̄ in labore ducitur sine alleluia qd̄ ē canticū leticie. q̄a ecclesia dolet ꝓ talib° tāq̧ ꝓ membris uulneratis et nondū sanatis. ex eo eni q̄ all'a dimittit' robur ecc'ie monstratur quē habz de suis uulneribus nōdū sanatis. ꝓpterea id̄ tūc nō dr̄ all'a. qz non ē pulchra laus in ore peccatorū. In dieb° uo ꝓfestis que sūt ab octaua pasce usq̧ ad octauaz penth. simplex all'a sine r̄n̄sorio canitur. Primo qz dies illi uitā cōtemplatiuā significāt q̄ erit post resurrectōz in q̄ responsio non erit quia penitēcie actus ibi supfluus erit. sz tm̄ all'a canetur de pcepta imortalitate. Secūdo qz tūc ꝓ illis canim° q̄ iam sūt in patria ad quos iā nō ptinet actio laboriosa quaz r̄n̄soriū notat. sz sūt i dei contēplatōe et exultatione q̄ itelligit'. Tercio qz an̄ resurrectōz corpoꝝ nr̄oꝝ aīa sine corpore deū laudabit. Quarto qz sācti ante diē generalis resurrectōis siplicē tm̄ recipiūt stolā. s. aīe. Rursus in p̄uatis ferijs g̃lia in ex. ꝛc. ꝛ duplex all'a nō dr̄. qz nōdū hēmus pfectā iusticiam

nec gloriam quaꝫ expectamus. ſꝫ qꝛ
ecclia iam p̄mā habꝫ reſurrectōꝫ. iō
alio tp̄e ſemp allā canit p̄terq̄ i ſep
tuageſima ut dictū ē i ꝓhemio hu°
ptis et ſub ti. de tp̄e aduētus. In oc
tauis ṽo paſce et i ſabbato in albis
duplex allā dr̄. qꝛ tūc tp̄s reſurrecti
onis repn̄tamus et i reqe q̄ erit i re
ſurrectōe duplicē ſtolam. ſ. aīe ꝛ cor
poris ꝑcipiem°. qꝛ erim° utroq̄ ho
mine idē in aīa et i corpore glorioſi.
erimus eni icorruptōis glīa ueſtiti.
In dn̄icis quoq̄ que ſūt ab octaua
paſce uſq̄ ad octauā pēthe duplex
alleluia dr̄. tum quia in reſurrectio
ne quam ipi dies glorificantur cor
pus ſimul cum aīs laudabit deum.
tum quia duo ſunt unū letari debꝫ
anima in die ſempiterna vnum de
percepta leticia aliud de p̄cipienda
reſurrectione. tum quia reſurrectio
dn̄i que facta i die dominica eſt cā
noſtre reſurrectionis future. et ideo
in omnibus dominicis q̄ſi octauaꝫ
dominice reſurrectionis repreſenta
mus. in ferialibus unū quoniam an̄
reſurrectionem anima una dumtax
at fruitur beatitudine. ¶ Rurſ° iō
uſq̄ ad octauas penthe. qꝛ i octaua
etate i q̄ erit corpoꝝ reſurrectio eri
mus utroq̄ hoie glorioſi. In oibus
quoq̄ feſtiuitatibus illo tp̄e occur
rentibus duplex allā dr̄. et h̄ p̄mo
ꝓpter reqem et fruitōꝫ. ſcd̄o qꝛ illi
iam ḋ duob° gaudēt. ſ. de eterna q̄e
te et diuina uiſione. tercio qꝛ dū iā
habeāt glīam aīe ſecuri ſūt ḋ gloria
corporis. quarto tūc vnū allā canit̄
qꝛ qeſcūt. aliud qꝛ deū uident. Sex
uero dies paſcales uidelꝫ iter ſabba
tū ſc̄tū et ſabbatū i albis et dn̄ici
dies atq̄ feſtiui quos celebram° ab
octauis pēthe. uſq̄ i ſeptuageſimā i
q̄bus reſponſoriū ꝛ allā canit̄ reco
lūt actus eoꝝ q̄ elemoſinas largien
do ifirmos uiſitādo et ſolū q̄ bona
ſūt operādo perſeuerantiā habēdo

in ſanctitate quam in baptiſmo re
ceperūt ſine dubio ad ɔtēplationē
dei ꝑueniūt. idē ē q̄ poſt rn̄ſoriū. qḋ
uitā actiuā ſignificat ſeq̄t̄ allā qḋ
ſignificat ɔtēplatiuā. ſꝫ vnū tm̄ ſine
ſiplex allā dicet̄ ꝓpt cāſ ſupra dic
tas p̄us an̄ dr̄ rn̄ſoriū. et poſtea ſeq̄
tur allā. put. ē. dictū ē. Dn̄ici autē
dies ꝛ feſtiui a ſeptuageſima uſq̄ in
paſca quoꝝ rn̄ſorijs nō allā ſꝫ trac
tus ſubdit recolūt eos q̄ ſūt i bonis
opib°. ſꝫ uidētes laborē uite timēt ca
ſū nam temptatōib° tōdn̄tur ſine q̄
bus hec uita n̄ dr̄. Int̄ rn̄ſoriū. n. et
allā tract° ē medi° q̄ neq̄ i tāta leti
cia ē ſicut allā. neq̄ i tāto ope ut rn̄
ſoriū. In ſabbato ṽo ſcō gaudētes ꝑ
neophitis nr̄is qꝛ ab omni peccato
liberati ſūt canim° allā. ſꝫ qꝛ eoſ tra
hētos uarijs uidem° laboribus trac
tū adicim° ꝑ quē labores itelligūt̄.
ḋ q° dictū ē ſub ti. ḋ ſeptuageſima.
ꝛ i ꝓhemio hui° ꝑtiꝫ quō officia iſto
rū. vij. dieꝝ et officia dn̄icaꝝ q̄ ſūt
int̄ paſca et pen. adaptēt̄. vij. donis
ſpūſ. ſ. ſub uigilia aſceſiōis ꝛ ſub ſab
bato i albis dicet̄. ¶ Circa euange
lia q̄ h̄ tp̄e legūt̄ ſciēdū ē q̄ oia ꝑti
nēt ad reſurrectōꝫ et iux̄ ordinē ſcp̄
torū ponūt̄. Math. eni primo ſcp̄ſit
Scd̄o marcus. Tercio lucas. vltimo
Ioh. vn̄ p̄mo ponit̄ euāgeliū math.
in uigilia paſce. in ip̄o uero die paſ
ce euangeliū marci. in ſcd̄a ꝛ tercia
feria euāgeliū luce. in q̄rta et in qui
ta feria et in ſabbato euageliū Ioh.
In ſex̄ feria interponit̄ euāgelium
math. ſane i euāgelijs uigilie et diei
tm̄ agitur de annunciatōe reſurrec
tionis facta ꝑ angelū. in alijs ḋ ui
ſione. ɔueniebat. n. ut p̄us ānūctia
ret̄ dn̄i r̄ſurrectō et poſtra ad maio
rē fidē faciēdā corꝑalit̄ ip̄e ab oīb°
uideret̄. tria ṽo Io. euāgelia oio pre
poſter̄ poita ſūt. p̄mū nāq̄ fuit qḋ
legit̄ i ſabbatū. poſtea qḋ legit̄ i una
feria. ꝛ aliq̄nto tp̄e p° qḋ i. iiij. feria

legitur.nam maria magdalena cum uenisset ad monumentū et nō inuenisset corpus dñi sublatū credidit ꝛ cucurrit et nūciauit pe.et Joh.qui cucurrerūt ad monumentū et Jo.ꝑcurrit sed nō stati itroiuit.ꝛ postea Jo.introiuit. et cū non in uenissent redierūt ad ꝓpria hoc legitur i sabbato illis recedentibus maria remansit ad monumentum et inclinans se in monumentum uidit unū angelū sedentē ad caput. aliuz ad pedes q̇ dixerunt. mulier quid ploras.q̇ dixit.qꝛ tulerunt dñm meum et nescio ubi posuerūt eum.et tunc conuersa retrorsum uidit ihesum q̇ dixit ei. mulier quid ploras quem q̄ris.ꝛ illa respiciens et ortulanum eum esse credens dixit.Dñe si tu sustulisti eū dicito mihi et ego eum tollam.hoc legitur in.v.feria aliquanto tempoꝛ post.pe. iuit piscatu cū sex aliis ad mare tiberiadis ubi dñs apparuit eis in littore. et hoc legit̄ in. iiij. feria.Sed q̄re hec oia lo.utio in q̄rta feria cantatur hoc qḋ cantabit sāctis in die iudicij.uenite bndicti pris mei ꝛc. et in euangelio qḋ eadē die legitur.dr̄ ꝙ dñs apparuit discipulis in littore maris et hoc bene conuenit.nam per littus maris ut dicit btūs Gregꝰ.super illum locum finis intelligitur mundi i quo dñs apparebit iuxta gloriosus. et tunc pe. trahet ad littus rethe plenum magnis piscibus centumquadragīta tribus nec tñ scindetur rethe.per petrum itelligitur ordo sanctoꝝ ꝑlatorum q̇ de fluctu huius seculi ad littus stabilitatis eterne ducent eos q̇ ꝑ ipos cōuersi sūt.sed hoc attribuitur soli pe. ꝓpter unitatem ecclie.sed quar̄ legit in sabbato in albis euāgelium qḋ tūc legitur. Rndeo ꝙ officiū illius sabbati cū officio ꝑcedentis sabbati sācti in multis cōuenit. nam in ꝑcedenti sabbato duplex laus cantatur sicut et in hoc et etiaz lectioni cōuenit. qꝛ i lectōe ꝑcedētis sabbati dr̄.q̄ sursu sūt sapite.non q̄ sup terram.et in lectione sequētis dr̄.deponentes omēz dolū ꝛc.et ita tāq̄ lapides uiui edificamini ꝛc.ꝛ nihil aliud eē q̄ q̄ sursū sūt sapere conueniebat igit̄ ut euāgeliū cōueniret euāgelio qḋ fit i coꝝ ꝑncipiis.nā in euāgelio ꝑcedentis sabbati dr̄. Uespere autē sabbati q̄ lucescit in ꝑma sabbati. i.diluculo.uenit maria magḋ. et in euāglio sequēti dr̄.una sabbati maria mag.uenit ad monumētū cū adhuc tenebre essent.qḋ idez ē.Jn hoc tñ uidetur differētia qꝛ dr̄ ibi ꝙ uenit ma.magda.et altera maria.hic ñ fit mentio nisi ḋ maria mag.sꝫ ut ait Augꝰ.in li.de cōcor. euāgelistarū.iō Jo.solā mariam mag.nominat quia fuit ceteris feruētioꝛ.nec tam iō ceteras nō excludit. euāgeliū vo math. legit̄ in sex feria qꝛ dñs ꝑ passionē meruit sibi dari ptātem in celo ꝛ in terra.uel potius dataz notificari.et qꝛ dñs in sex̄ feria passus ē idcirco legitur euangel̄.Math.i sex̄ feria in qua dñs ait discipulis.data ē mihi ois ptās in celo et in terra. vñ aplꝰ xp̄s factꝰ ē ꝑ nobis obediēs patri usq̄ ad mortē mortē āt cruc̄.ꝓpt qḋ et deꝰ ꝛc.ubi gͦ poneret̄ euāgeliū i quͦ agit̄ a Jo.de pma uisione dñi q̄ fcā fuit ma.mag.nisi i.v.feria. Jn ꝑma.n.die ñ poterat poni ꝑdictis ḋ cāis.nec i scḋa.nec i tercia nec i q̄rta nec i sex̄ nec i sabbato.vñ restat ꝙ i v.ferꝰ.necessario poni debuerit.aūt q̇dā ꝙ licꝫ i scḋa feria legat̄ euāgel̄. ḋ apparitōe dñi fcā discipulis eūtibꝰ i emaus.nō tñ fcā fuit i ea die sꝫ i ꝑcedēti.Decē eteni appitōs pꝰ xp̄i ṙsurrectōꝫ i euāgeliis iueniūt̄ ad fidē nr̄aꝫ ɔfirmādā.qñq̄ i ꝑma die ꝛ qñq̄ postea.sꝫ i aplo dr̄ ꝙ i die resurrectōis appꝛuit Jac.ꝛ qn gētis filꝰ frībꝰ ꝛ sic qḋ dicūt i ipa ēt die ꝑmo

apparuit matri ut dictuz est in.iiij. parte sub ti. de accessu pontificis ad altare. et Ja. qui uotum uouerat nõ comedere sed et ioseph qui pro eo tenebatur in carcere. ¶ Uerũ quia de uisione angelorum et de maria magdalena euangeliste discordare uidentur. ideo aliqua super hoc ꝑter propositum dicamus. ¶ Nam mathe. dicit ꝙ mulieres uiderũt angelum sedentem super lapidem qui tũ erat extra monumentũ. ¶ Mar. dicit ꝙ introeuntes ipse in monumẽtum uiderunt eum sedentem a dextris. ¶ Joban. dicit ꝙ maria magdalena uidit duos angelos unũ ad caput alium ad pedes sedentes.
Lucas dicit ꝙ duo angeli stantes dixerunt marie magdalene et alijs cur queritis uiuentem ꝛc. Johãnes dicit solam unam uenisse. s. mariam magdalenam. Math. duas. s. eam et aliã n. Mar. tres. s. eam et mariá matrem Jaco. mi. et ma. filiam salo. q̃ fuit mater filioꝝ zebe. s. Jaco. mi. et Joh. euangeliste. ſm Crisos. tñ salome filia fuit. Luc. plures dicit eni erat autem maria magdalena et Johanna et ma. Jaco. mi. subaudi matˀ et cetere q̃ cũ ipsis erant et alie uenerunt quas non numerant euãgeliste. ecclesia tamen tres marias repsentat. Rursus math. dicit ꝙ mulieres certificate ꝑ angeluz inter quas erat ꝑcipue maria magdalena denũctiauerunt apostolis dñm resurrexisse. et Jo. dicit ꝙ maria mag. nũctiauit. pe. et Jo. eũ sublatũ fuisse.
Uera quidem sunt omnia q̃ dicunt euãgeliste in his. et nõ sũt aduersa. sꝫ ꝙ unus minˀ dicit alius supplet. uerum est enim sicut narrat Math. ꝙ ꝑmo uiderunt angelũ sedentẽ super lapidẽ quem reuoluerat ab hostio monumẽti q̃ et dixit eis eum resurrexisse. et adiecit uenite ꝛ uidete locum ubi posuerũt eũ. et tunc ipse surgens precessit eas in monumentum et sedit in dextris. sicut narrat Mar. post mariá magdalená uidit unũ ad caput et aliũ ad pedes sedẽtes sicut dicit Jo. q̃ dixerũt ei. mulier q̃d ploras. et nũctiauerũt eũ ſurrexisse. ꝛ tũc surrexerũt ipi ut apparerẽt ei stãtes sicut dicit Lu. ut i hoc ꝙ surrexerunt dñm surrexisse ostẽderent. et cũ starent dixerũt ei et alijs cur q̃ritis uiuentẽ cũ mortuis. i. eũ q̃ resurrexit. cur q̃ritis in sepulchro qd ẽ locus mortuoꝝ. Ambro. dicit duas fuisse marias mag. una q̃ ſm Math. sciuit dñm resurrexisse. Alia q̃ ſm Jo. nesciuit. sꝫ corpus sublatũ credidit. Aug]. ꝺo ꝺ cõcor. euãgelis. sic soluit. dicit eni ꝙ cũ maria mag. cũ alijs ueniret dicedo. q̃s reuoluet nobis lapide ab hostio monumẽti. cũ adhuc aliquãtulũ lõge essꝫ uidit lapidẽ reuolutũ. et stati cucurrit ad pe. et Jo. et significauit eis corpus dñi fuisse sublatũ q̃ uenictes inuenerũt monumẽtũ uacuũ et credẽtes ꝙ fuisset sublatũ redierũt. Maria aũt aduũxit se alijs ꝛ ꝑpius accedẽs cuꝫ eis uidit angelũ sedẽtẽ sup lapidem sicut dicit math. ꝛc. sicut superiˀ dicta sũt. ¶ Zacharias qui cõposuit unũ euãgeliũ ex q̃tuor sic soluit. dicit eni ꝙ ma. mag. ꝛ alie uenerũt ad monumtũ ꝛ uiderũt angelũ sedentẽ sup lapidẽ. sicut dicit math. et post i monumẽto sicut dicit mar. et inde duos stãtes unũ ad caput alium ad pedes sicut Lu. dicit. i. illũ ꝑorẽ eũ alio uel eo disparẽte alios duos qui dixerũt. cur q̃ritis uiuẽtẽ cũ mortuis ꝛ significauerũt eũ resurrexisse. alie crediderũt ꝟbis eoꝝ maria remãsit icredula. vñ alie nũctiauerũt discipulis dñm ꝛsurrexisse. illa nũctiauit pe. ꝛ Jo. eũ sublatũ fuisse q̃ pˀ aduẽtũ ꝛ recessũ eoꝝ sola remãsit ad monumẽtũ. q̃ iclinãs se i monumẽtũ uidit duos angelos sedẽtes unũ ad caput

et alium ad pedes sicut dicit Johan.
qui dixerunt ei. Mulier qd ploras:
et illa rndit. Quia tulerūt dnm me
um et nescio ubi posuerūt eum. et
conuersa uidit dnm qui dixit ei. mu
lier quid ploras. quem queris. et il
la putans eum ortulanum esse dixit
Dne si sustulisti illum dicito mihi et
ego eū tollā. et tunc dns eam ex no
mine nominauit et ipsa tunc eum
cognouit. et post plures locutiones
angelorum tunc primo credidit et uo
luit pcidere ad pedes dni. et domi
nus dixit ei. Noli me tangere nōdū
eni ascendi ad prēm meū. subintelli
gitur in corde tuo q̄si diceret. Quē
queritis tāq̄ȝ mortuū. non credis pa
tri esse eq̄lem. et adiecit dns. Uade
et dic fribus meis. ascendo ad prēm
meū et prēm uestrū etc. i. in proximo
est ut ascendam. et ipa cepit ire iam
certificata et inuentis alijs mulieri
bus iuit pariter cum eis hoc nuncti
are apostolis. et in illa uia apparuit
eis dominus dicens. Auete. que ac
cesserunt et tenuerunt pedes eius.
Predictum autem modum loquen
di in quo quasi generaliter dictum
est q mulieres iuerunt nunctiar do
minum resurrexisse. cum tamen ma
ria quia erat una de illis tunc incre
dula fuit sepe in scripturis inuenim⁹
sicut et dominus dicit discipulis. et
me scitis. et uiam meam scitis. cum
tamen quidam essent inter eos qui
hec nescirent. unde dominus. tanto
tempore uobiscum sum et non cog
nouistis me etc. sed illud primo dic
tum est scientibus istud ignoranti
bus. ita etiam dicitur q dominus
in ascensione apparuit discipulis et
exprobrauit incredulitatem et durici
am cordis eorum. quia his qui uide
rant eum resurrexisse nō crediderūt
cum tamen aliqui inter eos fuerant
qui crediderant. sicut petrus et alij
plures. sed illud primo dictum est ō

incredulis. Hec opinio uidetur pro
babilior q̄ȝ secunda. et quod dixit
Ambro. non est credendum quod
dixerit asserendo. sed aliorum opio
nem referendo. Licet ipse eam argu
mentis probare uideatur quib⁹ iux
predictam opinionem leuiter rnde
tur. et fere totum quod ipe inducit
per interemptionem soluitur uerū
quod ipse dicit q una maria fuit
sm Mathe. que sciuit dnm resurrex
isse hoc est falsum. quia alijs credē
tibus uerbis angeli ipsa remansit in
credula. Aug. uero non sic fuisse di
cit ut narrat. sed narrat ita potissi
me fuisse. vn probabiliori sententie
non preiudicat.

De secunda feria post pasca. R.

Quia per gliaȝ resurrectōis impleuit dns q̄ pmisit in ueteri testō. ut uidelicet in
troduceret nos i terrā fluētem lac et
mel. io dicit ecclia in introitib⁹ scde
ferie. Introduxit nos dns i terrā flu
entē lac et mel. exo. xiij. qr xpa iā in
troductus ē et ecclia triūphans i re
ecclesia uero militās in spe. Epla
sumitur de actibus apostolorum. x.
c. stans petrus in medio etc. et inten
dit probare passionem christi et re
surrectionem. unde dicit huic oms
prophete testimonium perhibent.
Euāgeliū. Duo ex discipulis. lu.
xxiiij. c. concordat eple ō apparitōe
dni discipulis eūtib⁹ in emaus. ibi
eni hētur q cognouerūt eū i fracti
one panis. qd ē fractio panis nisi ex
positio scripture. ibi eni cognoscit
dns. Rnso. uero concor. cum in
troitu. dicat nunc israhel. Alla
Nonne cor nostrum erat ardēs etc.
est ō scripturaruȝ expositōe. in alijs
ecclesijs dr alleluia. Angelus dni.
Math. ul. c. Offertoriū. angelus dni
etc. est de testimonio apostolorum.

postcõmunio. surrexit domin⁹
rc. Lu.ul.c. est de apparitione que
facta est petro. multiplicat ergo ap
paritiones ut dictum est ad confir
mandum fidem. ¶ Sane ex hodier
no euangelio sumitur alleluia. Non
ne. et offerenda. angelus domini. ex
eo ꝙ ibi dicitur mulieres uisiones
angelorum uidisse qui dicunt eum
uiuere. similiter et communio. Sur
rexit dominus. ex eo ꝙ ibi dicit̃ sur
rexit dominus uere et apparuit si
moni. Ad pietatem ergo pertinet hͦ
officium in quo continet̃ rememo
ratio scripturarum. et per pietatem
accedit ad mansuetudinem. mãsue
tis autem terra promittitur illa ꝺ q̃
dicitur. Beati mites quoniam ipsi
possidebunt terram. scilicet terram
fluentem lac et mel. unde in introi
tu. scilicet. Introduxit nos domin⁹
in terram fluentem lac et mel. ꝛ sũt
hec uerba moysi populum post esũ
agni de egipto ducentis. introduxit
inꝗ̃ spe. sed in illaꝫ postea introdu
cet re. quam Caleph dedit axe filie
sue irrigatam. irriguo superiori ꝛ in
feriori. et irriguum inferius timor ẽ.
superius amor. Caleph etenim qui
quasi cor interpretat̃ dat anime de
uotionem cum timore parit̃ ꝛ amo
re. ¶ In hac secunda feria fit in vr
be statio apud sãctũ petrum ꝓpter
hoc ꝙ in euangelio habet̃. et appa
ruit Simoni. et qꝛ ibidem dr̃. Nõne
cor nr̃m ardens erat in nobis. quia
ipse pre ceteris magis arsit dominũ
diligendo. hac die pisces uiuos in
spicimus recolẽtes cũ gaudio ꝙ do
min⁹ ad ꝓbatõꝫ resurrectõis partẽ
piscis assi comedit. Et in tercia feria
ad fontes imus. ut ibi dicetur. ꝛ mu
lieres uerberant uiros. etiam in his
tribus diebus est feriandum. prout
sub pascha dictum est.

¶ De tercia feria post pascha. R.

In tercia feria ostendit̃ ꝑ
qꝺ habeat̃ hẽditas celes
tis pãie. Ostẽso uero ĩ secũ
da feria ꝙ ĩ terram fluẽtẽ lac ꝛ mel
iam ĩtroduxit nos de⁹ ĩ spe ꝛ postea
ĩtroducit in re oñdit ꝑ qꝺ hẽatur.
qꝛ ꝑ diuinam scientiã siue cognitõꝫ
domini nostri. unde hec tota feria
est ꝺ cognitione siue sapientia dei.
ꝛ inde introit⁹ ẽ. Aqua sapiẽtie rc.
Eccle. xv. c. ꝛ ẽ septimi toni. qꝛ ĩ sep
tem donis spũs sãcti ẽ ista sapiẽtia.
¶ In epl̃a. Surgẽs paul⁹. a c. xiij. c.
oñditur passio xp̃i et resurrectio ꝑ
quã hec sapiẽtia hẽtur. q̇ eni uetaꝫ
fidẽ habet. ꝺ his habꝫ saporem dei.
hec aũt ꝯgnitõ ẽ dies quã fecit dñs
de graduali g⁹ patꝫ et nõ ꝙ cũ oĩa
graduales uers⁹ hui⁹ ebdomade su
mãt̃ ꝺ psalmo. cxxvij. s. cõfitemini.
q̇ ẽ non⁹ post. dixit dña. hodiernus
sumat̃ de psalmo. cvj. s. cõfitemini.
q̇ ẽ decim⁹ ĩ matutinali. cantate. eo
ꝙ iste psalm⁹ exhortat̃ fideles ad
laudes dei q̇ ꝑ sapiẽtiã sui redemit
et liberauit eos de ꝗdruplici tẽpta
tione. qꝛ liberauit eos ꝺ necessitati
tibus eorum. i. ab infidelitate. et qꝛ
liberauit eos ꝺ necessitatib⁹ eorum
id est a praua consuetudine. etiaꝫ li
berauit eos tedio bone actionis. et
eduxit eos a ꝺsucijs heretice ĩpug
nationis. All̃a ẽ. surrexit dñs ꝛ appa
ruit mulierib⁹. uel ƒm alias eccl̃ias
oportuit qꝺ sumit̃ de euãgelio. In
alijs ẽt dr̃ surrexit dñs uere. lu. ul. c.
In euãgel. ꝺo. stetit ihe. rc. lu. xxiiij.
c. oñdit dñs et ꝓbat resurrectõꝫ suã
discipulis suis ꝑ quatuor. Primo ꝑ
cõsuetũ modũ loquẽdi cũ dixit. pax
uobis. loq̇batur eni eis sepe ꝺ pace
ꝛ amator pacis erat. vñ ĩpe domin⁹
inquit. in me pacem habebitis. ĩ mũ
do autem pressuram. pacem relin
quo uobis. pacẽ meã do uobis. Se
cũdo ꝑ hͦ ꝙ oñdit se palpabilẽ. Ter
cio qꝛ cũ eis ꝯmedit. Quarto qꝛ eis

sensū apperuit scripturarum. Et qꝛ hanc sapientiam dominus dedit per se et per apostolos. ideo dr̄ in offertorio. intonuit de celo dn̄s. i. ꝺ apostolis ut oēs crederent in illū. hec eni inquit Jo. scripta sunt ut credatis et credentes uitam eternā habeatis. ¶ In postcommunione q̄ ē ad collo. iij. c. inuitamur ad hanc sapientiam si consurrexistis cum xp̄o que sursum sunt sapite ecce de sapiētia. et quia de sapientia habetur in hac secunda feria. ideo fit statio ad sanctum paulum qui fuit sapiētior omnibus apostolis. seu cui domin⁹ singulariter aperuit intelligentiam scripturarum de quibus legitur in euangelio et introitu. unde ipse dicit. non a me nec ab homine accepi euangelium meū sed per relationez domini mei ihesu christi. uel qꝛ per eum maxime adimpletum est qꝺ in euangelio legitur. scilicet. oportuit predicare penitentiam in omnes gētes. ideoqꝫ et eius predicatio legit i hodierna lectione act. aposto. hac die uiri uerberant mulieres ꝑut sub pasca dictū est. hac etiam die ad fōtes imus ꝑ eo ꝙ hodie in introitu uiri beati aqua sapientie potati referuntur et in offertorio fontes aq̄ꝝ apparuisse memorentur.

¶ De quarta feria post pasca. ℞.

Ostenso in tercia feria ꝺ celesti patria et ꝑ qꝺ habeatur. ostenso etiam in scḋa feria ꝙ in terraz fluentem lac ⁊ mel ꝛc. introducimur. ideo nunc in hac q̄rta feria inuitamur ad illam. vnꝺ introitus ē. uenite bn̄dicti pr̄is mei ꝛc. Math. xxv. c. qꝛ uero dicit dn̄s penitētiā agite appropinq̄bit enim regnū celoꝝ. Et qꝛ ibi non intraut nisi purificati per penitentiam. ideo btūs pe. in ep̄la aperiēs act. iij. inuitat iudeos ad penitentiā. iō aūt ad penitētiā inuitat̄ homo ut de filio diaboli fiat fili⁹ dei. et hec mutatio dextre excelsi ꝑpt qꝺ i ꝛn̄sorio hr̄ dextera dn̄i fecit uirtutem. ¶ Seqt̄ alia ꝺ resurrectōe. surrexit dn̄s ꝛc. ⁊ i alijs eccl̄ijs ē. xp̄s resurgēs ꝛc. sēp eni i his diebus aliq̄ de resurrectōe dicūt̄. in alijs eni dr̄. cū sederit. mathe. xxv. c. ¶ Quia uero hec mutatio fit etiā qn̄ homines fiūt filij dei ꝑpt p̄dicatōꝫ. iō i euāgelio. manifestauit se ihes⁹. Jo. xxi. c. dicit dn̄s. mittite i dextrā nauigij rethe. hoc facit q̇ tm̄ p̄dicat ꝑpt deū. ⁊ tūc trahūt̄ magni pisces. postea dedit eis piscē assū. piscis assus. i. xp̄s pass⁹ hec erit refectio i pr̄is cū comedem⁹ panē āgeloꝝ ꝺ q° in offertorio. portas celi ꝛc. postcōio ē. xp̄s ꝛsurgēs. Ro. vj. c. Et qꝛ b tūs Lauren. fuit vn⁹ ꝺ magnis piscib⁹ et fuit assat⁹ ꝑ xp̄o. iō fit statio ad beatū lauren.

¶ De quinta feria post pasca. ℞.

Quinta feria ē ꝺ conuersione gētiū ꝑpt passiōꝫ et resurrectōꝫ. vn̄ itroit⁹ ē. victricē manū tuā laudauerūt pariter xp̄iani qꝛ sapiētia aꝑuit os mutoꝝ vn̄ Jsa. xxv. c. tūc claud⁹ saltet sicut ceru⁹ ⁊ apiētur ligue mutoꝝ qꝺ factū ē qn̄ xp̄s demones eiciebat et faciebat hoīes mutos loq̇. vn̄ i euāgelio. erat ihesus eiciēs demoniū ⁊ illꝺ erat mutū. ¶ In ep̄la ꝺo. āgel⁹ dn̄i. act. viij. c. significat̄ ꝯuersio ista gētiū. vn̄ dr̄ ibi ꝺ eunucho q̇ ꝯuers⁹ ē a philippo q̇ iterp̄tat̄ os lāpadis siue os illumināa qꝛ qn̄qꝫ ꝑ scpturaꝝ inspectōꝫ uel p̄dicatōꝫ ꝯuertit̄ hō ut gētiles q̇ significāt̄ ꝑ eunuchū. qn̄qꝫ ꝺo ꝑ ispiratōꝫ ꝯuertit̄ ad dn̄m ut hēt̄ i euāgel. ꝙ appuit marie magdalene. ¶ Quia ꝺo per ꝯuersionē gētiū fact⁹ ē christ⁹ lapis angularis.

ideo in uersu responsorij habetur
lapidem quem reprobauerunt edi
ficantes ꝛc. et quia uero conuersio
fit per penitentiam. ideo sequitur
alleluia. Math. xxvj. In die resurrec
tionis mee dicit dominus precedaꝫ
uos in galileam. id est i transmigra
tione de uicijs ad uirtutes. ¶ Euā
gelium. maria stabat. Jo. xx. c. est de
apparitione domini marie magda
lene in specie ortulani siue peregrini
quia peregrinus est deus homini q̄
diu est in peccato. ¶ In offertorio
in die solennitatis. exodi. iij. et. xiij.
c. similiter promittitur conuertenti
bus uera beatitudo. ¶ In postcō
munione uero populus ꝛc. i. Re. ij. c.
ad laudandam inuitamur. et fit sta
tio ad sanctos apostolos. quia in
philippo qui interpretatur os lam
padis intelliguntur omnes aposto
li per quorum predicationem con
uersio gentium facta est. Item quia
fratres domini de quibus in euāge
lio legitur sūt apostoli per quos os
muti apertum est et diserte lingue
infantium. ideo statio fit ibi ꝛc.

¶ De sex̄ feria post pascha. Rica.

SExta feria est de instituti
one baptismi. unde intro
itus ē. Introduxit eos do
minus. s. de egipto. i. ꝺ tenebris pec
cati. et inimicos eorum operuit ma
re. i. baptismus. et subicitur ibi ter
alleluia ꝓpter liberationem ab hos
tibus et donū gr̄e. ¶ Postmodum
sequitur ep̄la. Christus semel. i. pe.
iij. c. in qua btūs pe. agit de baptis
mo et de archa noe sicut in diluuio
per archam salue facte sunt anime.
li ꝛc. thobie. xij. c. ¶ Euangelium ē Erat homo ex phariseis nichodem⁹ in quo habetur de baptismo qui in inuocatione sancte trinitatis sancti ficat baptisatos. ¶ In alijs uero ec clesijs dicitur epistola. Gaudete ꝑ fecti. que est. ij. ad corinth. ul. c. et in alijs dicit̄. Uidi ostium. que ē apo calip. iiij. et euangelium. Cum uene rit paraclitus. Jo. xiiij. c. ¶ Scien dum est q̄ historias de sancta trini tate. et de inuentione sancti stepha ni. composuit sanctus stepha. laudi ceñ. ¶ Rursus cum Atilla. rex. qui christianos persecutus est fere om nis uolumina xp̄iane religionis de struxisset. Alchuinus magister karo li et Lodouici filij eius rogatu Boni facij archiepiscopi maguntini mul ta de ecclesiasticis officijs conscrip sit. unde et maguntino conci. de cō se. distꝭ. v. in die approbante institu it q̄ a festo pasce usq̄ ad dominicā istam tres tantum dicerentur lectio nes. et hac die de trinitate cantari usq̄ ad dominicam sequentem. et tunc incipere. Domine in tua mise ricordia ꝛc. et composuit officiū ō trinitate. uidelicet. responsorium. an tiphonas. missam. et sequentiam. que omnia obtulit Allexandro pa pe. Ille uero respondit non esse cele brandum festum de trinitate sicut nec de unitate. Nam singulis dieb⁹ fit festum trinitatis et unitatis. q̇a semper dicitur. gloria patri et filio et spiritui sancto. et premissas histo rias et officium non admisit. extra de fe. c. ij. Uerum superueniente he resi arriana fere fuit fides trinitatis extincta. sed Hilarius Eusebius et Ambrosius restituerunt. Consensit igitur eadem de causa Grego. mag nus ut de trinitate speciali cantare mus et ecclesias in ipsius honorem edificaremus. Exinde ergo est q̄ de historia trinitatis inuenit̄ uaria

consuetudo. Alij nam qꝫ non utunt
ea sequentes i probationem Allexā.
pape. Sed in qualibꝫ dominica ab
octaua penthe. usqꝫ ad aduentum
cantant in nocturnis nonum respō
sorium de trinitate nisi festum ali
quod impediat ut eam confiteant
per quam saluantur. et in missa alle
luia eam hilariter profitentes ut di
ctum est sub quarta parte sub ti. de
alleluia. Alij uero utuntur ea cantan
tes eam i hac pma dominica sequē
tes pmam institutionem alcbuini.
Alij ponunt eam in fine tempor de
clinationis. s. in ultima dominica ui
delicet ante dominicam de aduētu
sequentes ultimam approbationem
Ere. Romani ergo nunqꝫ de trinita
te celebrant festum. nec etiam hos
octauas faciunt. sed in pma domini
ca post penthe. incipiunt historiam
preparate seu Deus omnium. Alij
uero celebrant hodie de octaua. s. ō
spū sancto. et ponunt eandem epis
tolam. et idem quod pdiximus. euā
gelium propter baptismatis sacramē
tum ceteris obseruatis sicut in die
penthe. Celebrant autem octauam
ad insinuandum perfectionem uel
consumationem operum sancti spi
ritus. per septem enim dies opatio
gre septiformis. In octaua uero con
sumatio declarat et qm octaua re
dit ad caput. iō omnia sicut in die
festo a uespera i uespam in ipis ues
peris et tribus nocturnalibus psal
mos obsuāt. De his octauis Augl.
dicit. celebrationem octauarū feria
rum noui hominis celebramus. bap
tismus neophitorum. licet in sabba
to pagatur. ad illum tamen baptis
mum ptinet quem apli susceperūt i
die penthe. cuius octaua dies ē do
minica sequens. Qui uero ponunt
historiam. preparate seu. deus om
nium. melius faciunt. quia romanaz
sequuntur ecclesiam nre peregrina
tionis recolentes et percurrentes hi
storiam. Nam per septuagesimam
significamus expulsionem generis
humani de piis paradisi. per qua
dragesimam seruitutem populi sub
pharaone. per pasca immolationez
agni. per quadraginta dies pascales
quadraginta annos in deserto. per
rogationes terre pmissionis ingres
sionem. per septem dies penthe. in
quibus septem dona diuidunt ter
re date diuisionem per tempus qō
ab hodie sequitur significamus po
puli afflictionem et gubernationem
factam per iudices et reges. ideoqꝫ
sequuntur quatuor libri regum pro
ut in sequenti ti. dicetur.

¶ De prima dominica post penth.
Rubrica.

Hic dicendum restat de pri
ma dominica post penth.
que est una de principali
bus dominic et incipit hic quartū
tempus. s. peregrinationis quia su
mus in uia ueniendi ad patriam. sꝫ
quia hostes habemus pusqꝫ illuc p
ueniamus. s. carnem mundum et di
abolum. et ideo legitur de libris re
gum. in quibus agit de bellis et de
uictorijs ut inuitemur ad pugnan
dum fortiter contra hostes ut uicto
riam habeamus sicut iudei de phili
steis et tandem gloriemur i celis q̇a
non est nobis tantum lucta aduersꝰ
carnem sed etiam aduersus aereas
ptātes. unde pmo dicimus i uespis
Benedictus dñs deus meus rc. ꝛ hi
storia est. Deꝰ omniū. seu ꝓm roma
nam. preparate. Sed quia bellū si
ne discretōe nō bñ gerit. iō sequēti
tpe subiūgunt libri salomonis. Itez
qr insurgūt uicia ꝫ q̄ necessaria est
paciencia. iō subsequent subiūgit
historia de Job. recte gº inuitamur
ad pugnam qr postqꝫ digni sumus

in numero iustorum haberi p librū numeri iam perlectum et in statu p fectionis ꝛ per nouaȝ legeȝ.s.deutro nomij.in quo habetur. Diliges do minum deum tuum ex toto corde tuo.et ex tota anima tua. et sumus sub ihesu p librum Josue.et sub iu dicibus.i.sub prelatis per librum iu dicum.et sumus sine acceptione p sonaruȝ per librum Ruth.qui fuit mo abitis.Restat tamen pugnare quia tūc magis temptat diabolus. et sic ordinantur libri regum in quibus tractatur de bellis ipsorum ad alios libros. adaptantur etiam et aliq̄ p me quatuor dominice q̄tuor libris regum.put dicetur sub. iiij. et sub vij.et sub.xv.dominicis.Leguntur autem in tali tempore et post missi onem spūs sancti et post festum tri nitatis. quia quando accepim⁹ gra ciam spūs sancti et ex tunc sumus similes deo. et per hoc filij sumus summi regis. et per consequens su mus reges. unde in apocalip. fecit nos reges et sacerdotes deo et pri suo ꝛc.pe.in canonica.Uos estis ge nus electum regale sacerdocij ꝛc.ex tra de sacra uncti. ergo cum sumus reges et habeamus aduersarios nō restat nisi ut regnum nostrum defē damus. quia ex hoc nobis inuidet diabolus quia ad illud regnum su mus assumpti unde fuit ipse deiect⁹ et ideo nobis grauis imminet pug na. ¶ Nempe ostenditur nobis da uid in exemplum qui uicit per hu militatem et per iocunditatem men tis et unctus fuit ter. primo a samu ele in bethleem.in signum regni.Se cundo super domum Juda in regeȝ tribus iuda. a uiris iuda in ebron. Tercio iterum et in confirmatione regni super totum israhel. similiter nos si bene pugnabimus ter iunge mur. primo in baptismo in signum regni. Secundo in confirmatione.

Tercio in paradiso quando regnuȝ nr̄m confirmabitur. Saul etiam no bis p̄ponitur in exemplum qui per inobedientiam amisit regnū. unde non simus inobedientes sicut ipse fuit ne pdamus regnum eternū. David autem fuit humilis in omni bus operibus suis qd̄ patet.q2 cum laudaret coram archa domini indu tus ephot lineo depositis regalib⁹ uestibus.despexit eum michol.filia saul dicens ei.q nudatus fuerat si cut unus de scurrq. et ille respondit Laudam et uilior fiam ante dn̄m qui elegit me ꝛc. Item quando ue nit ad eum Nathan propheta et re darguit eum de peccato suo publi ce penituit. Item iocunditatem mē tis habuit et omnia bona a se facta ad deū retulit.unde de eo cantat ec clesia.preualuit dauid in philisteū in funda et lapide in nomine domi ni ecce exultatio in deo. Non enim confidebat in se. funda dauid est p̄ dicatio per quam fundam predica tionis eicitur diabolus de cordibus hominum cum per duram repreben sionem incutitur timor et concipit penitentia.lapis uero dura reprehē sio est. ¶ Quia ergo huiusmodi ui ctoria habetur per humilitatem. iō ad missam incipit introitus. Domi ne in tuā misericordia speraui.ecce humilitas dauid.exultauit cor meū ecce mētis iocūditas.p hec duo uin cūtur pugna.et q2 ille solū uincit q̄ nihil sibi sȝ oīa bona sua deo attri buit ꝛ sperat ī eo.iō bn̄ seq̄tur oīo. Deus in te sperantiū fortitudo ꝛc. Postea seq̄t epl'a ď caritate. De⁹ ca ritas ē ꝛc.i.Jo.iiij.c.q2 p caritatem reges sum⁹ ꝛ p eā facim⁹ bona opa meritoria regni p q̄ regnū nr̄m defē dimus et cōseruamus. vn̄ seq̄tur in hoc apparuit caritas dei ꝛc.post de us caritas ē ꝛc.ibi etiam ostēditur q diligere debemus deū et proximum

In euangelio autem. Homo qui
dam erat diues. lu. xvj. c. ostenditur
q̄ non debemus diligere diuicias
per diuitem qui induebatur purpu
ra et bisso et per penam eius ut eni
dr̄ eccle. v. c. Qui amat diuicias fru
ctum non capiet ex eis qui amat. s.
amore libidinoso nāli uero uel cari
tatiuo potest quia diuites cū iusti
cia et bonis operibus non abicim⁹.
xxx. di. hoc scripsimus. Habet enim
in euangelio de mendico lazaro in
cuius persona incipit graduale. ego
dixi domine miserere mei. Et seqr̄
uersus de operib⁹ misericordie. Bea
tus qui intelligit super egenum et
pauperem. i. intelligit et precogitat
illud quod est in egeno et paupere
s. egestas et paupertas ut ei subue
niat. Dicit enim greg. q̄ debemus
eos uocare patronos et amicos nos
tros quia etiam fratres nostri sunt.
et sic facere nobis amicos de mam
mona iniquitatis et de male acqui
sitis. ut cum defecerimus per mortē
recipient nos in eterna tabernacula
hoc non fecit diues ille epulo et q̄a
in aliquo noluit pauperi subuenire
iō cum eo districtissime fecit dn̄s ut
non posset habere guttam aq̄ ad re
frigerium ligue. et iō sequitur allelu
ia. Deus iustus iudex for. et pa. rc̄.
¶ Postea sequitur offertoriū in p̄
sona medici. s. Intende uoci orōnis
mee. ¶ Et q̄r nō obliuiscit̄ de⁹ ora
tiones pauperū. Seq̄tur postcōio.
narrabo oīa mirabilia tua. ps̄. di rc̄.
In q̄busdā tn̄ ecclijs legitur hodie
euangeliū. Estote misericordes. qd̄
est lu. vj. c. ¶ Et ē sciendū q̄ vrba
nus papa. iiij. statuit fieri festum de
corpore xp̄i quinta feria post hanc
dominicam concedēs magnam in
dulgentiam clericis officiantibus q̄
populis conuenientibus ad diuina
prout in officio super hoc ordina
to habetur.

¶ De secunda dominica post pen
thecosten. Rubrica.

Dictum est q̄ in p̄ma causa
qua defendimus regnum
nr̄m est caritas que dila
tatur per considerationem eternarū
nuptiarum de quibus in apoc. Bea
tus qui uocatus est ad cenam nupti
arum agni. unde in hac secunda do
minica habetur de huiusmodi cena
in euangelio. lu. xix. c. Homo quidā
fecit cenam magnam ⁊ uocauit mul
tos et misit seruos suos hora cene
dicere inuitatis ut uenirent rc̄. Ho
ra cene ē ex quo porta paradisi ap
ta est per ipsum. Sequitur. et cepe
runt omnes se simul excusare. nam
p̄mus dixit. Uillam emi et necesse
habeo uidere illam. Secundus dix
it. Iuga boum emi et eo p̄bare illa.
Tercius uero dixit. Uxorem duxi et
ideo non possum uenire. Dn̄s uero
dixit ad seruū suum. Uade et cōpel
le intrare ut domus mea impleatur
Multos eni compellit intrare p̄ tri
bulationes. Illi ergo qui uocati fue
rant non uenerunt. quia auari qui
p̄ p̄mum se excusantē. supbi ⁊ gulo
si q̄ p̄ secūdū. ⁊ luxuriosi q̄ per terci
um intelligūtur. hac cena se reddūt
indignos. vn̄. v. Uilla boues uxor ce
nam clausere uocatis. Mūdus cura
caro celū clausere renatis. Et q̄r in
hoc isti se reddūt indignos iō dn̄s
alios uocat. ¶ Quia v̄o p̄ cōsidera
tionē hui⁹ cene dilatat̄ caritas. Et
q̄r dn̄s p̄tegit hn̄tes caritatē. iō inci
pit introitus. Factus ē dn̄s p̄tector
meus et eduxit me ī latitudinē cari
tatis. Seq̄r v̄sus d̄ caritate. Diligā
te dn̄e fortitudo mea rc̄. firmamētū
meū rc̄. In orōne uero petit carita
tē sācti nōis tui rc̄. In ep̄la. Noli
te mirari. i. ioh. iij. c. hr̄ d̄ uita eter
na p̄ cuius intuitū amor ocipit̄. et
sequitur in fine de caritate. filioli

non diligamus uerbo neq ligua. sz opere et caritate. Hec est lingua dolosa. quia dicunt amatores mundi rogo te habe me excusatum. dicunt etiam bonis et sanctis uiris. rogate p nobis. et tamen uere non curant. ¶ Et attende q duo pmi excusant se. per primum enim superbi intelliguntur. per secundum omnes q delectantur in quinq sensibus corporis. per tercium uero luxuriosi qui se excusant quia non habent cor. sicut habetur in Osee. iiij. fornicatio. vinum et ebrietas auferunt cor. Magis enim absorbet hominez fornicatio q superbia uel auaricia. quia ergo ut dictum est ligua talium excusantium se dicitur lingua dolosa. iō ecclesia a lingua dolosa petit se liberari in responsorio. Ad dominum cum tribularer clamaui. in. v. Dñe libera me rc. Et quia perfectus est qui non peccat in lingua. ideo secūdo tono cantatur. ¶ postmodum sequitur alleluia similiter de caritate. Diligaz te dñe fortitudo mea rc. ¶ Quia uero consideratione uite eterne concipitur caritas uisa cena petit conuerti in offertorio. conuertere domine. Et quia ibi cantabimus uocaliter ut ait Cassiodorus super psalmum. omnis spūs laudet dominum. non erit ibi tm̄ cena sed maxima solennitas. unde in trenis pmo. Uie syon lugent eo q non sint qui ueniant ad solennitatem. Ideo in postcommunione pmittit se cantaturum ibi domino dicens. Cantabo domino quia bona tribuit mihi et psallam rc.

¶ De dominica tercia. R.

TErcia dominica quare inflāmamur ad defendēdū regnum nostrum est consideratio beniuolentie dei qua nos custodiuit et diligenter querit. iō in euangelio huius tercie dominice Erant appropinquantes. Lu. xv. c. habetur. Quis ex uobis homo hñs centum oues. i. angelos. homines. et si perdiderit unam. s. hominem. nonne relinquit nonagintanouem in deserto. i. in celo. et uadit querere perditaz rc. Aut que mulier habēs dragmas decem. angelos et homines. et perdit unam. s. hominem. in quo ymaginem suā depinxerat. nonne accendit lucernam. i. naturam humanam in qua lumē deitatis posuit uniendo se ei. et querit diligent donec inueniat. et cum inuenerit cōuocat amicas et uicinas dicens eis. Congratulamini mihi quia inueni dragmam quam perdideram. Ita dico uobis gaudium est in celis an. dei su. uno pec. pe. agē. Ecce quanta est beniuolentia dei erga nos. ista beniuolentia accendit in nobis caritatem. ¶ Quia uero ad nuptias eternas nō intrant superbi neq luxuriosi neq auari ut pmissum est. iō introitus huius dominice ē. Respice in me rc. et dicit. uide humilitatē meam contra superbiam. et laborē meum contra luxuriam. quia inops et pauper sum ego. contra auariciā. ¶ Et propter predicta monet nos pe. ad humilitatem dicens in epla i. ui. c. Humiliamini sub potenti manu dei ut uos exaltet rc. Et post sequitur ibi. Sobrij estote et uigilate in orationibus. qm̄ ad. v. di. tā. leo ru. cir. q. quem de. ¶ Et quia tantam curam habet dominus de nobis. iō in graduali inuitat nos ecclesia dicens. Iacta cogitatum tuum i domino et ipse te enutriet. vsus est Dum clamarem ad dominum exaudiuit uocem meam rc. alleluia est. Domine refugium meum. Offerto. est. Sperent in te omnes qui nouerunt rc. q2 de sperātibus in se habz

curam. Quia uero dominus non inuenitur nisi quis peniteat. Cum vo quis penitet ad dominum clamat. ideo sequitur postcommunio. Clamabo. ¶ Rursus hoc officium est de penitente. sicut apparet ex ipsa communione. et ex euangelio. ubi p dauid intelligitur quilibet penitens ibi dr̄. gaudium est in celo sup uno pec. pe. agē. &c. et ex introitu et alijs et iō cantatur circa festū sancti Io. bap. qui legitur populum ad penitentiam prouocasse.

¶ De dominica quarta. Rubrica.

Quarta causa qua defendimus regnum nr̄m sūt opera misericordie. unde in euangelio Lu. vj. c. quod legitur in hac quarta dominica dr̄ in quibusdam ecclesijs. Estote misericordes sicut et pater uester misericors est. et post sequitur. Mensuram bonam et confertam et coagitatam et supeffluentē dabunt in sinum uestrū. ¶ Quia uero nō potest homo opera misericordie facere nisi prius illuminetur a deo. ideo incipit introitus Dn̄s illuminatio mea. qꝛ p opa misericordie ē ecclesia terribilis ut castroꝝ acies ordinata. sicut dr̄ in canticꝭ can. Seq̇tur v̄sus. Si exurgāt aduersū me castra non timebit cor meum. et si exurgat i me &c. ¶ Et postea petat in collecta misericordiā et gr̄am dandi elemosinas cū dicat. ꝓtector in te sperantiū deus &c. ¶ In ep̄la uero. Existimo. q̄ ē ad Ro. viij. c. ōnditur p̄mium ubi dicit apostolus. sunt condigne passiones huius tp̄is ad futuraꝫ gl̄iam que reuelabitur in nobis. et post seq̇tur. Et ōis creatura ingemiscit expectās reuelationem filiorum dei. Et ut hāc gloriam ecclesia possit adipisci. petit in rn̄sorio ueniam de peccatis. Propicius esto peccatis nostris domine &c. ¶ Sequitur alleluia. In te dn̄e speraui. quia in se sperantibꝰ ꝓpicius est. unde ps̄. Quoniam i me sperauit liberabo eum. Adaptant̄ etiā iste quatuor libris regum sic. In primo enī libro habet̄ qūo dauid vnctus fuit. unde in p̄ma dominica incipit introitus. Dn̄e in misericordia tua speraui. et in rn̄sorio habet̄. Et unxit me unctione misericodie sue. et oleo exultationis. unde seq̇tur in introitu. Exultauit cor meum in salutari tuo. et ita ostendit se unctum oleo leticie per misericordiam dei. In secundo libro habetur quomodo liberatus fuit ab inimicis et unctus bis ut haberet latitudinem regni. unde in secunda dominica incipit introitus. Factus ē dn̄s ꝓtector meus et eduxit me in latitudinē ut late regnarem. In tercio libro habetur qūo mortuus fuit. unde i tercia dn̄ica utitur ecclesia uoce decedentiū dicens. Respice in me et miserer̄ mei. et in uersu. In te dn̄e speraui. In quarto libro habetur de ꝓphetꝭ qui illuminati sūt a deo ut uiderent uentura. et iō in quarta dn̄ica dr̄ in introitu. Dn̄s illuminatio mea.

¶ De quinta dominica post penthecostꝭ. Rubrica.

Quinta causa qua defendimus et obtineamus regnū nostrum est pax cum inimicis ecclesie et aduers̄. ad quam inuitat nos beatus petrus in epistola huius quinte dominice. Omnes unanimes. i. pe. iij. c. dicens. et nō reddētes malum pro malo &c. unde i euāgelio habetur de rethe petri. ſꝫ multi sunt qui rumpunt rethe beati petri. id est concordiam et unitatem fraternam. et ideo in persona tollerantium incipit introitus. Exaudi

domine uocem meam qua clamaui ad te ꝛc. uersus est. Dominus illuminatio mea ꝛc. Illuminatus enim a deo saluatur ab hostibus q: spe rat in eo. ¶ Pro predicta autem pace cum inimicis ecclesie impetrāda orat ecclesia in collecta dicens. Da nobis quesumus domine ut et mūdi cursus ꝛc. In aliquibus tamē ecclesijs dr. Deus qui diligentibus te ꝛc. ¶ Sequitur euangelium. lu. v. c. Cum plurime turbe irruerent in ihesum ꝛc. ubi sequitur. Preceptor per totam noctem laborātes nihil cepimus. Tales q̄ laborant in nocte ꝛ nihil capiūt sunt qui pro terrenis predicant. Sequitur. in uerbo tuo autē laxabo rethe. hoc facit q̄ habet sciētiam et uitam. talis enim concludit multitudinem pisciū copiosam. vñ in principio tot capti sūt boni et mali q rethe rūpitur. per qđ significatur q ecclesie unitas in hac uita rūpitur a quibusdam. sed post resurrectionem capti sūt multi et tñ nō est scissum rethe. per qđ significantur boni q̄ non scindunt unitatē ecclesie. Et ideo in offerto. dicit ecclesia se laudare deum q̄ quantū ad bonos filios dedit eis intellectum ut non rumpant rethe. i. unitatem ecclesie. Benedicam dñm qui mihi tribuit intellectum. ¶ In postcōione uero dicit ecclesia se optare unitatem ꝛ hāc petere a dño. vnam inq̄t petij a domino. Licet enim plura petat quotidie tamen dr unū petere quia ad unū finem. i. ad habendum deū omnia petenda petit. et hoc est quod ibi sequitur. Hanc requiram ut inhabitem in domo domini omnibꝰ diebus uite mee. hoc ideo dr quia tunc legitur paralipomenon. id est uerba dierum. qui habet eandem materiam cum libro regum. ꝛ significat q qui in diebus suis bene rex it se habebit dies eternitatis. ¶ Et attēte q hoc officium cantatur circa festū beati Jacobi. qui sicut dr in euāgelio. Relictis rethibus secutus est dominum. et factus est piscator hominum. id est supplantator te et nomine uiciorum.

¶ De sexta dñica post penthe. ꝛc.

Quia uero non ualent omia predicta nisi fiat etiā plena iusticia fidei et in nouitate uite. ideo in hac sex dominica legitur secundus liber paralipomenon. ubi habetur q confortauit dominus salomonem. per quod significatur q dominus spūaliter suos confortat dando eis fortitudinem. ideo dicitur in officio huius dominice. Dominus fortitudo plebis sue et protector ꝛc. uersus est. Ad te domine leuaui animam meam. q: ab ipso est omnis fortitudo. et tunc bñ regimus regnum nostrū qđ maxime fit si tendat homo ad promissiones dei. unde dr in oratione. Deus qui diligentibus te bona inuisibilia preparasti ꝛc. In epl'a āt. Quicūq̄ baptizati sumus ꝛc. ad Ro. vj. c. hortatur nos paulus ut in nouitate uite ābulemus. aliter enī nihil ualent alia. et ut hoc possimus orat ecclesia in rñsorio. Conuertere domine aliquātulū ꝛc. Ille uero q̄ ambulat i nouitate uite pparat se ad laudandū deū in pñti et i futuro. vñ seq̄tur alla. Te decet ymnus deꝰ in syon. Ad hanc oīonē uel pfectōz hortamur i euāgelio math. v. c. Nisi habūdauerit iusticia via ꝛc. et seq̄tur ibi. Si offers munus tuum ante altare ꝛc. Et q̄a nō potest homo hoc facere sine auxilio dei. ideo orat in offertorio. perfice gressus meos in semitis tuis ꝛc. Et quia talis potest offerre. ideo sequitur in postcommunione. Tollite hostias ꝛc.

¶ De. vij. dñica post penthe. R.

SEquitur septima dñica in
q̄ legunt̃ libri Salomonis
ut pabole. ecce cãtica libri
sapientie quẽ philo. cõposuit et ec
clesiasticus. ihesus filius Sirach edi
dit et tñ salomoni attribuitur. Hij
libri qui sũt de opibus sapientie sa
lomonis legunt̃ a kl̃. augusti usq̧
ad kl̃. septembris. q2 mensis iste cali
dus ẽ et estũ significat uiciorum in
quo nos oportet sapienter regere si
cut in medio nationis praue et per
uerse. Uel q̇a mensis iste. s. augustus
sextus est. unde sextilis ante augu
stum cesarem uocabat̃. et uerus nr̃
salomon in. vj. etate uenit qui fecit
utraq̧ unũ q̄ fuit dei uirtus et dei
sapientia q̇ docuit nos sapienter ui
uere et docere. Hic ẽ xp̃s rex regum
qui septem panib⁹ et piscibus ut le
gitur in euãgelio hodierno satiauit
eos q̇ de longo uenerant et eum tri
duo sustinuerũt. Rursus in hac dñi
ca ĩcipit ecclesia parabola salomo
nis. Post festũ eni trinitatis legit̃ li
ber regum. qm̃ homo qñ trinitatis
similitudinem habet fit rex et sacer
dos. unde p̄ponunt̃ ei exempla de
regibus et sacerdotibus sicut sub p̄
ma dñica dictũ ẽ. Postea vo sequũ
tur libri doctrinales. preponũt̃ eni
exempla doctrinis. q2 plus mouent
facta q̃ dicta. act]. i. Cepit ihesus fa
cere et docere. et sic ordinãtur libri
ad seinuicem ut p̄cedant libri exẽpla
res regũ et paralipomenõ. et sequũ
tur libri doctrinales salomonis que
doctrina est refectio spũalis. d̄ qua
hẽtur in euãgelio huius. vij. dñice.
de hoc dicet̃ sub dñica. xi. et. xij.
Et q2 huic doctrine bonis opibus
rñdere debem⁹ ĩcipit introit⁹. Om̃s
gentes plaudite maibus. Et beatus
pau. inuitat nos in epl̃a ad Ro. vj.
c. ut rñdeamus illi doctrine seruien
do deo dicens. Humanum dico pp̄t
infirmitatem carnis nr̃e. Unde in q̇
busdam ecclesijs seq̇tur Rnsorium.
Beata gens cuius est dñs deus eoꝝ.
i. que deũ habet p̄ domino ei soli
seruiendo. et seq̇tur uersus. Uerbo
dñi. i. doctrina dñi celi firmati sunt.
i. maiores sicut apostoli et alij san
cti. ¶ Seq̇tur in q̇busdam ecclesiis
all'a. attendite popule me⁹ legẽ me
am. lex est illa refectio. illa autem re
fectio oñditur in euangelio Marci
viii. Cum turba plurima rc̃. Et est
notandum q̧ ibi dr̃ q̧ quidam de
longe uenerũt. s. illi qui de peccatis
enormibus redierunt et penituerũt.
qui enim in peccato mortali est non
habet quod manducet. Erant autẽ
quatuor milia. s. habentes quatuor
cardinales uirtutes et comederunt
et saturati sunt. quia lex domini sati
at. et remanserunt septem sporte. s.
predicatores. s. habentes septem do
na spiritus sancti et reficientes ali
os. In aliis uero ecclesiis legit̃ euan
geliũ. Attendite a falsis pphet].
Quis uero habens doctrinaʒ uidit
in quanto periculo sit constitutus.
uidet enim se esse in fornace babilo
nis. ideo in offerto. Sic holocaustũ
rc̃. Danielis. iii. c. petit se liberari. ꝛ
utitur uoce triũ puerorum. In post
cõione uero. Inclinã aurem meã rc̃.
petit liberationem accelerari.

¶ De octaua dñica post penth. R.

SEquitur octaua dominica
in q̄ docet nos ecclesia ui
tare omnem uanitatẽ. hic
eni debet esse effectus doctrine in
nobis. q2 in doctrina docet nos fie
ri spũales et remoueri a corporalib⁹
desideriis ad similitudinẽ btẽ uirgi
nis cuius festũ instat. unde introit⁹
incipit. Suscepimus deus misericor
diam tuã. i. filium tuum ihesũ xp̃m

nobis ex misericordia datum in me dio templi tui.i. in communi eccle sia tua.secundum nomen tuū deus. deus enim ubiqȝ nominatur sic et tua in fines terre.i.ubiqȝ. Templū etiam est btā uirgo in q̄ uere susce pimus dei misericordiam.Unde ex ea eius festū rōnabiliter presens can tamus officium cum sit templū dñi et sacrarium spūs sancti. ¶ Sequi tur epistola ad Ro. viij.c. Debito res sumus non carni ut ṡm carnem uiuamus ⁊c. in qua docemur cōcul a re omnem carnalitatem. et ad oñ dendum ꝙ hoc possumus. Sequit̄ non enim accepistis spm̄ seruitutis iterum in timore. sed accepistis spi ritum adoptionis filioꝝ quo gusta to desipit omnis caro. ¶ Sed quia non possunt hec fieri nisi dñs ꝑte gat.ideo orat i graduali. Esto mihi in deum ꝑtectorem. Rursus q: non pōt haber̄ hec omnia nisi q̄ gaudet in domino iō sequitur alla. Exulta te deo adiutori nr̄o. gaudium enim spūale excludit omnem carnalitatē. ¶ Quia uero quidam sunt uite ca sti et humiles.sed ficte ab his docꝫ caueri in euangelio.math.vij.c. At tendite a falsis ꝓphetis q̄ pretēdūt castitatem et sūt luxuriosi. uel ꝓpt̄ humanaꝫ laudē sūt caste sicut fatue uirgines q̄bus dr̄. Amē dico uobis nescio uos.Sed dn̄a hūiles resaluat Unde seq̄tur offerto. Populū humi lem saluū facies dn̄e et oculos sup bonum humiliabis. ¶ Quia uero ꝑ delicias spūales omnia conculcam⁹ iō dr̄ in postcommunione. gustate et uidete qm̄ suauis est dominus.

¶ De.ix.dn̄ica post pentbe. Rica.

Ostmodum sequit̄ nona dominica in q̄ legit̄ liber sapientie. Sapientia autē est cogitare de celestibus et leuare

corda illa. unde mouet nos ad hoc maxime ꝑpt̄ festū assūptōis beate uirginis quod instat quando. s. as sumpta est in celum. Et quia homo se super se leuare non potest nisi do minus tribuat.ideo dicitur in itroi tu. Ecce deus adiuuat me et domi nus susceptor est anime mee.i.susū captor. sicut enim itur ad celestia n̄ passibus corporis sed assimulatione mentis ad deum in quo uitantur omnia mala. de quibus sequitur in epistola.i.ad corinthi.x.c. Non si mus concupiscentes maloꝝ ⁊c. Postea sequitur ibi. fidelis deus q̄ non patietur uos temptari super id quod potestis.sed faciet cū tempta tione puentum ut possitis sustiner̄ ꝑua tamen timorem incutit dicēdo Qui stare se putat uideat ne cadat. ¶ In graduali uero qui sursum ra pitur reddat gracias deo dicēs. Do mine dominus noster ꝙ̄ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificētia tua super celos.non tantum in x̄po et beata uirgine.i.super celos mate riales et spiritualeꝫ.uerum etiam in sanctis super celos materiales.

In euangelio.lu.xvj.c. monet ut si non possumus per nos uolare ad celū faciamus nobis amicos de mā mona iniquitatis.i.de diuicijs ineq̄ liter possessis dicens. Homo q̄dam habebat uillicum ⁊c. homo iste sci uit sic per prudentiaꝫ carnis dispo nere ꝙ āmotus a uillicatione fuit receptus in domibus domini. et h̄ per iniquitatem fraudis. Si ergo il le laudatur per iniquitateꝫ fraudis ꝙ sciuit sibi in futurum prouidere multomagis laudabit domin⁹ eos qui dant elemosinas.quod est pru dentia spiritus ō quo dicit aposto lus. Est uita et pax quia homo sibi prouidet in futuro. ¶ Postea seq̄t̄ quia filij huius seculi prudentiores

sunt filii lucis in generatione sua. i. in his que pertinent ad generatio nem suam. i. circa temporalia. Et ego dico uobis facite uobis amicos de mammona iniquitatis ut cum de feceritis. s. moriendo. recipiant uos in eterna tabernacula que sunt sua. unde. Beati pauperes spiritu quoni am ipsorum est regnum celorum. et quia non tantum p elemosinas sed etiam p orones uolamus ad celestia ideo est alleluia. Domine deus salu tis mee in die clamaui et nocte corā te. Quia uero hec tabernacula per opera iusticie habentur. Sequitur offerto. Justicia domini recte letifi cantes corda zc. Quo autem ordi ne hec fiant ostenditur in postcom munione. Primum querite regnum dei. Mathe. vi. c.

¶ De decima dominica post pen thecosti. Rubrica.

In dominica decima legit' ecclesiasticus qui incipit. Omnis sapientia a domi no deo est. ubi ostenditur ꝙ non so lum sapientia. sed etiam omnia bo na sunt a deo. et ideo ab eo sulūmo do sunt petenda ꝛ ad eum debem⁹ clamare. et ideo incipit introitus. Dum clamarem ad dominum exau diuit uocem meam. ¶ Et quia de bemus ipsum solum orare. sequitur uersus. Exaudi deus orationem me am. et oratio in quibusdaꝫ ecclesiis pateant aures misericordie tue do mine precibus supplicantium. in q̃ collecta patet quis rogans dignus sit exaudiri. unde sequitur. Et ut pe entibus desiderata concedas fac eos que tibi sunt placita postular'. Et ostendit in epistola. Scitis quo niam zc. i. ad corinth. xii. c. ꝙ omia bona sunt a deo. et ideo ei sunt ex hibende grarū actiones. unde enu meratis omnibus donis dicit. Hec autem omnia operatur unus atqꝫ idem spūs diuidens singul' prout uult. Sed quia bonum cito amittit' quod non a largiente custoditur. si cut dicit Gregi. ideo sequitur rñsoriū. Custodi me domine ut pupillā ocu li. ¶ Item quia ad illū confugere debemus a quo omnia bona habe mus. Seq̇tur alleluia. Domine refu gium factus es nobis. In aliis eccle siis dicitur alleluia. Te decet. Euangeliū uero quod est in q̇bus dam ecclesiis. Cum appropinq̃ret. Lu. xix. c. est de simoniacis. qui iniu riantur spiritu sancto. s. in hoc ꝙ uē dunt ea que ipse dat gratis. uel ad uoluntatem suam tribuūt ac si ab illis essent illa bona et nō a spiritu sancto. Et nota ꝙ hoc euangeliū in quo ihrl'm destructio predicatur in augusto legit' quia p̈us a Nabuch odonosor. postmodū a romanis in hoc mense destructa fuisse inuenit'. In aliis ecclesiis legitur. Dixit ihe sus ad quosdam. Seq̇tur offer. Ad te dñe leuaui aiam meam. q. d. non ad simoniacos. non ad prelatos pra uos. non ad quosdam fatuos. et si mulatos religiosos. qui faciunt se a simplicibus adorari. sed a te a quo omnia bona sunt. Et quia tunc ac ceptat de⁹ omnia opera nostra quā do speramus in ipso deo. ideo seq̇t' postcommunio. Acceptabis zc.

¶ De. xi. dñica post penthe. Rica.

In undecima dominica in cipit ecclesia legere Job. qui similiter est liber exē plaris. sed est exemplum perfectio nis. id est perfecte sapientie. q̃ non habetur nisi per predicatam refectio nem doctrine spūalis. Nam refectō facit spiritualiter fortes. et iā post libros Salomo. legitur liber Job.

In ordine autem biblie omnes exemplares. s. Ruth. Job. Thobias. Judith et hester. precedunt libros doctrinales salo. propter predictam rõnem de quo etiam dicet sub dominica. xv. ꝛ quia unanimitas facit fortes et pacientes sicut fuit iob. et concordes sicut fuerũt filij iob. qui faciebant conuiuia ꝑ domos unusquisqꝫ in die suo. iõ incipit introit᷒ Deus in loco sancto suo. i. in humilibus. Jsayas. Super quez requiescet spũs meus nisi humilem et q̇etum et trementem ꝰmones meos et si deus est cum eis nullus potest eis preualere. Deus enim hitare facit uni᷒ moris in domo. i. concordes et unanimes q̈les fuerunt filij iob. qui dabant sibi inuicem comedere. unde ẽ uersus. Exurgat deus et dissipentur inimici eius. qꝛ fortitudo nr̃a nihil ualet nisi dominus nobiscũ coopeꝛ̃ ꝑmo principalit̃ opetur. ¶ In ep̃la Notum uobis facio euangeliũ. que est. i. corinth. xv. c. ostendit beatus paulus humilitatem. unde sequitur ibi. Quia non sum dignus uocari apostolus. et propter hanc humilitatem raptus fuit usqꝫ ad tercium celum. ¶ In responsorio quoqꝫ sequitur uox humilium. In deo sperauit cor meum et adiutus sum. et in uersu. Ad te domine leuaui animaz meam. et quia ex tali spe sequit̃ exultatio. ideo i quibusdam ecclesijs est alleluia. Uenite exultemus domino. ¶ Euangelium uero est õ humilitate et eius affectu. Duo homines ascendebant ꝛc̃. Lu. xviij. c. unde sequitur. phariseus dicebat. Domine non sũ sicut ceteri homines ꝛc̃. ecce superbia sequitur. publicanus dicebat. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. ecce humilitas. et iõ abijt iustificatus in domum suam ab illo.

Quia uero humilitatem sequit̃ exultatio. qui enim se humiliat exaltabitur. Ideo sequitur offerto. Exaltabo te domine qm̃ suscepisti me. i. sursum cepisti. q. d. exaltabo te qm̃ exaltasti me. ¶ Postcommunio est Honora dñm de tua substantia ꝛc̃. ꝓuer. iij. c. hoc ad lr̃am facit humilis. dat enim libenter pauperibus ꝛ hoc est honorare dominũ quia ipse precepit ut detur pauperibus. uel honora dominũ ꝛc̃. i. oĩa bona tua deo attribue. et hoc est ꝓprium humiliũ. Hec postcommunio cõgrue hoc tempore canitur quando frugibus horrea. et uino cellaria plena redundat q̊bus deuote dñs honorat̃

¶ De. xij. dñica post per. the. ᷒rica.

Uodecima dominica ẽ de oratione et quasi exp̃mit Job orans et sedens i sterq̇linio conquerendo de falsis amicis. Legitur enim iob in duab᷒ dñicis. Job quidem in sterquilinio moraliter est anima in mortali peccato et fetido in quo dum residet non restat nisi orare deum ut ipsum ab eo eripiat. unde incipit introitus. De᷒ in adiu. me. intende. do. ad adiuuã. me festi. cõ. et re. qui que. animam meam. ¶ In offerto. autem ostenditur efficatia oỡnis. et totũ offertorium est oỡo moysi sumpta de exodi. quãdo rogauit ꝓ filijs israhel qui fecerunt sibi uitulum conflatilẽ et incipit. precatus est moy. in conspectu domini dei sui ꝛc̃. qui moyses seipsum exposuit ꝓ salute populi dicens domino. Aut dimitte eis hanc noxiaz aut dele me ꝛc̃. xlv. di. disciplina. et reducit ad memoriam merita patrum. Memento inquit Abraham ysaac et iacob ꝛc̃. et placatus factus est dominus de malignitate quaz dixit facere populo suo et ex hoc probatur qꝫ sanctorum merita nobis prosunt. Et nota qꝫ i hoc

offertorio fit uerborum geminatio de quo dictum est sub secunda dominica post epiphaniam. ¶ In epistola fiduciam talem habemus per xp̄m ad deum. ij. ad corinthi. iij. c. ostendit apostolus ꝙ oratio sua et aliorum bonorum prelatorum noui testi maiorem habet efficaciam ꝙ̄ habuit in ueteri testamento. ꝙ etiā moyses orauit cum fiducia confisꝰ de meritis patrum. sed ne inuidiat̄ hoc ex arrogantia facere subdit. nō ꝙ sufficientes simus cogitare aliq̄d a nobis quasi ex nobis sed sufficiētia nostra ex deo est cuius ministri sumus. ¶ In euangelio uero ostenditur ꝙ multum ualet oratio p̄latorum quod est in quibusdam ecclesiis. Dum transiret ihesus per medios fines decapoleos. et adducūt ei surdum et mutum et sanauit eū dominus. Multi sunt surdi qui nolunt audire uerbum dei et multi muti q̇ nolunt loqui et possunt. similit̄ debent prelati per predicationem adducere ad dominum in confessione et oratio saluabit eos. ¶ Unde in persona surdi et muti cantat̄ i graduali. Benedicam dominum in omni tempore. uersus est. In domino laudabitur anima mea. ¶ In alleluia uero monet ad hanc laudem. Uenite exultemus domino ⁊c. ¶ De offertorio supra dictū est. ¶ Post communio uero est. De fructu operum tuorum satiabitur terra. id est predicatores quos dominus replet prius bonis et ipsi repleti alios replent. ¶ In aliis uero ecclesiis dicitur euangelium. Exiens ihesus de finibus tyri. quod est Marci. vi. c. potest autem dici secundum. Sicardum episcopum cremonień. in mitrali ꝙ salomone mortuo regnum diuiditur. et ideo mensis septēbris historia bipartitur. prima pars in una historia consolidatur. alia uariatur quia regnum iuda in dauid familia stabilitur. sed regnum israhel a pluribus occupatur. Unde et historia de his iustis qui gentibus intermixti fuerant compilatur ut de iob. thobia iudith. et hester. cum in p̄ma septembris ebdomada legat̄ iob. quem ipse scripsit cum responsorio. Si bona. In secunda liber thobie quem ipse composuit. In tercia Judith. quem Achior edidit. In q̄rta hester. quem mardocheus uł potius Esdra. composuit. Sed ⁊ liber esdre. post hec opera recitatur. et cum his cantatur responsoriū. peto Adonay domine. His temporibus prophetizauit Helias qui gessit typum xp̄i. Sic mortuo Constantino ecclesia separatur. una pars est catholica. alia per multa scismata separata. a quibus ecclesia catholica multa aduersa pro domino tollerauit. sicut illi quorum opera hoc tp̄e leguntur. Inter catholicos quidam sunt perfecti. quidam imperfecti. ꝑfecti sunt predicatores. ministri et cooperatores dei quod dicitur in epistola. Fiduciam. Hij adducunt imꝑfectos et alienos. surdos et mutos ad gloriam ihesu xp̄i. sicut legitur ī euangelio. Uox itaqꝫ perfectorum ē in introitu. Deus in adiutoriū meū intende. qui adiutorium dei implorant ut hereticis ualeant resistere et eos ad dei graciam reducere. Aut ē uox imperfectorum proficientium q̇ ut proficiant dei implorant auxiliū ¶ In graduali. Benedicam. et alleluia. Domine refugium. uox siq̇dem est perfectorum gracias agentium. de illis se a persecutione aliquotiēs trahentibus et istis proficientibus Et quia moyses fuit unus eorum q̇ se obtulerunt pro peccatis subditorum. ideo in offertorio cantat̄. Precatus est moyses. hij perfecti sunt illa terra que satiata fructu operum

domini donis uidelicet spiritus sancti pducit fenum iumentis. id est doctrinam hominibus. unde cōmunio est. De fructu &c. Et attende q recte de iob et moyse cantatur quoniam contemperanei reperiuntur. per quorum exemplum ad pacientiam et mansuetudinem inuitamur.

De tredecima dominica post pē thecostē. Rubrica.

In tredecima dominica legitur liber thobie. p quē figuratur genus humanū cecum factum per peccatum primi parentis quod nō potuit sanari nisi amaritudine passionis que p fel significata est. xps uero per piscem quia piscis assus est xps passus. Cecum quidam erat genus humanum quia habitantibus i regione umbre mortis lux orta est eis. petit g° ut ueniat dominus sicut promisit. Dominica enim ista est de promissionibus. unde dicit in introitu. Respice domine in testamentum tuum. & in promissione tua. ut sicut promisisti ueniat filius tuus. et hoc est quod sequitur. et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. & hoc est quod dixit Thobias filio suo. Memento fili quoniam pauperem uitam gerimus. habebis multa bona si timueris deum. unde sequitur oratio. Omnipotens sempiterne deus de cuius munere uenit &c. et rogat ut possit currere ecclesia ad ueras promissiones. Epl'a. Abrahe facte sunt promissiones & semini ei' &c. Galath. iij. c. ubi agitur de promissionibus. et sequitur ibi. Quid igitur lex dicit apostolus si non potest sanare genus humanum cecum sicut thobiam. et sequitur respōsio Lex quidem propter transgressores posita est. supple sicut pedagogus.

Sequitur responsorium. Respice domine in testamentum tuum. ubi ostenditur uehemens effectus orationis. In alleluia. Quoniam de' magnus &c. ostenditur quis est qui potest illuminare. In euangelio ostenditur q lex non potest sanare et incipit in quibusdam ecclesijs. Beati oculi qui uident que uos uidetis. multi prophete et multi reges &c. Lu. x. c. ubi habetur q sacerdos et leuita pertransierunt hominem q incidit in latrones. Sacerdos in q & leuita ueteris testamenti. sed solus samaritanus. s. christus q est custos noster ipsum sanauit. et quia non sanat quoniam neminem ad perfectionem ducit. sed solus deus i quo sperandum est. ideo sequitur offertorium. In te domine speraui. Quomodo autem sanauit illum cecum potest. quia per panem angelorum qui factus est lac hominum. i. per filium dei incarnatum. et ideo sequitur in postcōmunione. panem angelorum manducauit homo. alie ecclesie dicunt. panem de celo &c. sapientie. xvj. c.

De. xiiij. dñica post penthe. R.

In dominica. xiiij. legit' liber iudicum. et cantatur q̄ño uictoris data est i manu femine. et monet nos ecclesia ad sanctimoniam siue ad continentiaz exemplo iudith. sicut enim Judith interfecit holofernem. qui interp̄tatur eneruans uitulū saginatum. sic monet ecclesia ut interficiamus holofernem. i. diabolum. qui eneruat et interficit lasciuos mundi. quod fit per sanctimoniam abscindendo ei caput. nā caput diaboli ē luxuria quia q̄si p̄mo ꝺ ea incipit homines temptare. et ideo dominus dicit in Lu. Sint lumbi uri precincti. hoc est

pręcingetis nos contra primum ui
ciū.exo.xij.in commestione agni re
nes uestros accingetis. Alio tamen
modo superbia ē iniciū omnis pec
cati.quia uero fragiles sumus et ef
feminati. unde interficere non pos
sumus holofernem nisi adiutorio
dei.ideo dicit ī introitu. Protector
noster aspice deus et respice in faci
em xpi tui ¶ Sequitur in q̇busdaȝ
ecclesijs epistola. ad galathas.v.c.
Spiritu ambulate et desideria car
nis non perficietis.Caro enim cōcu
piscit aduersus spiritum.et spiritus
aduersus carnem.et sequitur. mani
festa autem sunt opera carnis et no
minat ea.Item alibi dicit.si conten
ditis nonne carnales estis. hoc di
cit quia contendimus de carnalib⁹
et post.fructus autem spiritus san
cti sunt longanimitas.pax.paciētia
rc.deuincere igitur holofernem in
nobis ē facere ista duo.per hec quo
q̄ uicia interficimus in nobis q̄ gu
stamus spiritum sanctum. quo gu
stato desipit omnis caro. ¶ Sȝ q̇a
non potest sanari ī nobis carnalitas
nisi a domino quia est sicut lepra.
ideo in quibusdam ecclesijs seq̇tur
euangelium . Dum iret ihesus. Lu.
xvij.c.de leprosis. qui uenerunt ad
dominum et dixit. Ite et ostendite
uos sacerdotibus. ipsis tamen p̄us
sanatis.per quod significatur q̄ pri
us peccator a domino sanatur. et
postea iniungitur ei penitentia a sa
cerdote et absoluitur. quod signifi
catum est per hoc q̄ discipuli dn̄i
instita lazari soluerunt.et tamē p̄us
ipse erat resuscitatus a domino.Re
diit autem unus ad eum flexis geni
bus gracias agens.per quod signifi
catur q̄ unitas ecclesie reddit graci
as deo.unde unus sanabatur in pis
cina.Jo.v.et ideo in rns.in gracia
rum actiones dicit ecclesia.Bonum
est confiteri domino. ¶ Et etiam
in all'a. quod est in quibusdam ec
clesijs. Confitemini domino et inuo
cate nomen eius. Et quia hoc non
sufficit nisi et dominus nos custodi
at.ideo sequitur in offerto. Immit
tit angelus domini in circuitu timē
tium eum quia custodit nos domi
nus per angelos. ¶ Sequitur. Gu
state et uidete.quid autem gustare
debemus. ostenditur in postcōmu
nione scilicet panem q̇ saginat ani
mam non corpus.unde est offerto.
in quibusdam ecclesijs. Panis quē
ego dedero caro mea est pro seculi
uita.

¶ De.xv.dn̄ica post penthe.R.

Dominica decima quita ha
bet eandem intentionem
cū precedenti. et iō in qui
busdam ecclesijs in his duabus do
minicis legitur liber Judith.et itro
itus est. Inclina aurem tuam dn̄e.
uersus ē.Letifica animam serui tui
q̄m ad te leuaui aiam meam. q.d.
non ad carnalia desideria. In epi
stola que ē ad galath. vj. c. monet
nos ut non simus uitulus saginatus
sed sim⁹ spūales.unde dicit ibi pau
lus.Si spiritu uiuim⁹ spiritu et am
bulemus. quia qui seminat in spiri
tu ō spū metet uitā eternā. qui uero
in carne metet corruptioneȝ. ¶ Se
quitur responsor.Bonum est confi
dere in dn̄o q̄ȝ confidere in homine
q̇ dat uictoriam ī manu femine.q̄ñ
facit hominem uincere in carne.Et
qȝ hoc facit q̇ p̄parat cor suū ad ser
uiendū deo. ¶ Seq̇tur all'a.paratū
cor meū de⁹ rc. ¶ In euāgelio. Ne
mo pōt duob⁹ dominis s̄uire.qd ē
Math.vj.c.docemur ne s̄uiam⁹ uē
tri.et post. Nolite soliciti esse dicen
tes.q̇d mādacabimus aut q̇d bibe
mus rc.Sȝ p̄mū q̄rite regnū rc. No
lite soliciti esse. scilicet solicitudine

suffocationis. solicitudine autem prouidentie soliciti esse debemus. ¶ In offerto.uero monemur ut ser uiamus domino et non uentri. Ex pectans expectaui dominū ut refice ret me. Quis autem sit iste cibus quo anima debet refici. ostendit i post communione que est in quibusdam ecclesijs. Qui manducat meam car nem per fidem.s.nam ut dicit Aug. Crede et manducasti ꝛc. ¶ Queri tur autem quare ecclesia post libros salo. legat librum iob. et postea li brum Thobie et Iudith. cum alio modo ordinentur i biblia. sicut enī dictum est sub septima dominica p cedunt libri exemplares. et postea doctrinales. quia magis monent fa cta q̄ dicta. et ad ultimum ponunt libri machabeorum. qui sunt libri exemplares. Ad quod dicitur q̄ doctrinam peruenitur ad perfecto paciencie que magis fuit in iob. un de postea sequitur Thobias. quis magnum etiam pacientie signū fuit in thobia qui amisit multa et filiū et tempus ꝛ oculos. qui maxime ab homine diliguntur ex eo q̄ oculi sūt principium cognitionis ad quā na tus est homo. et quia etiam plus ua let exemplum femine et magis eru bescentiam incutit. ideo liber Iu dith. de quo habetur de uictoria in manu femine. post predictos ab ec clesia ordinatur. ultimo uero liber machabeorum legitur quia ibi ha betur exemplū de confirmatione iu sticie. machabei enim passi sūt mar tirium p lege defendenda et custo dienda ab ātiocho fidei inimico.

¶ De dñica. xvi. post penthe. R.

In decimasexta dominica elgit et cantat ecclesia de machabeis. ut dicitur in sequenti. qui multa passi sūt ab an thiocho ꝛ septem populis. et ibi ha betur q̄ templum quod pollutum fuerat illis populis ab istis macha beis purificatum fuit. et per hō sig nificatur q̄ anima que templū dei est polluta et septem capitalibus ui cijs non potest mundari nisi purifi cetur a peccato quod est eam resus citari de morte peccati. unde babe tur in euangelio de resuscitatione fi lij uidue. et incipit introitus. Mise rere mei domine. scilicet ut resuscites me. uersus est. Inclina domine aurē tuam. ¶ In epistola uero apostolus inuitat nos ad pacientiam dicens. Obsecro uos ne deficiatis in tribu lationibus ꝛc. que est ad ephesios iij.c. sic eni uincunt inimici a mach abeis. i. a sanctis. ¶ Sequitur gra duale. Timebunt gentes. quia sicut postq̄ illi uicerunt inimicos suos emundauerunt templum et reedifi cauerunt timuerunt gentes in circu itu. sic et postq̄ homo uicit diabo et mundauerit se per confessionem et reedificauerit templum dei in se timent demones. unde sequitur uer sus. Quoniam edificauit dominus syon. ¶ Sed quia non potest fieri nisi a domino q̄ homo liberetur a uicijs ideo sequitur alleluia. Redēp tionem misit dominus populo suo ꝛc. ¶ Euangelium est in quibusdā ecclesijs. Ibat ihesus in ciuitatem que uocabatur naym ꝛc. Luce. vij. c. et post. Accessit ihesus et tetigit lectulum et dixit. Adolescens tibi dico surge. et surrexit et dedit illū matri sue. Nempe tangit dominus lectulum ubi erat mortuus quando infirmitate uel aliquo flagello tan git corpus hominis i quo iacet mor tuus spiritus hominis. id est anima et sic excitatur a somno mortis. un de ecclesiastic. xxi. c. Infirmitas gra uis sobriam reddit animam. ¶ Se quitur offertorium quasi in uoce

machabeorum. Domine in auxiliū meum respice ꝛc. Sequitur postcō munio. Domine memorabor iusticie tue solius. iusticie mꝫ. quia omnis qui uenit ad te non eicietur foras. ¶ potest et aliter dici ꝙ Josia defuncto iherusalem destruitur populus captiuatur et ꝑmitur. ideoꝙ in hoc mense octobri machabeorū historia legitur et cantatur. Adaperiat ꝛc. qꝛ a suis aduersarijs ad modum ꝑmebantur quorum ꝑmam ꝑtem Simon pontifex edidit. aliam filius eius Jo. posteriorem quidem uidens agrestis. sed eruditus. Hij captiui militantem designant ecclesiam in qua sunt ducea et satellites doctores et discipuli. perfecti ꝛ imperfecti doctorea uidua significat euangelica quia uidua est militana cum sponso triumphanti non est cuius filius moritur cum discipuli pro quouis crimine ab ecclesie corpore separantur resuscitantur cum illis gracia infunditur. Hec igitur orat in euangelio pro filij resurrectione. id est gracie infusione. et hortatur in epistola ne deficiant in tribulationibus. et huius rei grā flectit genua sua hec eadem orat in introitu. Miserere. et in offertorio. Domine. Graduale. Respice. id quod dicitur in euangelio. Accepit aūt oēs timor. ¶ postcōio. Dn̄e memorabor. grāꝛuꝫ est actio. uel hic mensis octobris ut quidam aiūt designat octauam. sicut ergo iudei finitis ꝑlijs et templo restaurato in ymnis et confessionibus dn̄o bn̄dicebant. sic ꝛ i octaua magne festiuitatis sancti festiuius exultabunt.

¶ De dn̄ica. xvij. post penthe. R.

